

patet ad primū argumentū.  
**A**d secundū quod est directe  
 contra illud: dicendum quod illud ar-  
 gumentū est contra utramque viam  
 quia excellens sensibile corūpit  
 sensū. sicut agens naturaliter corū-  
 pit passum. Vñ ad argumentū  
 dicendum quod deus voluit igni coagere  
 ad alterandum: nō ad corumpen-  
 dum. quod aug. 21. de ci. dei videt de-  
 clarare per exempla. quō quedam  
 animalia etiā corruptibilia viuūt  
 in igne. Et c. de Salamādra. licet  
 fm Aristotilem libro de proprietati-  
 bus elementorum. nullū animal in ig-  
 ne posset viuere diu. Certum tamen  
 est p̄s eius ab igne nō posse co-  
 sumi. Vñ: utriusque oportet dicere quod  
 ignis cruciabit et tamen corp⁹ in  
 perpetuum durabit. Sed qualiter  
 est ignotum quā certum est quod illud  
 oportet reducere ad miraculū sin-  
 gulare. **A**d terciū de fletu dicit  
 doctores quod in fletu duo considerantur  
 resolutio lacrimarum et turbatio ca-  
 pitis et oculorum fletus. Quātū ad  
 primū nō erit ibi fletus s̄ tantū  
 quantū ad secundū. sicut argumē-  
 tum tene deduxit. **A**d quartū  
 de verme similiter sentiūt quod erit spi-  
 ritualis viz remorsus conscientie quod ori-  
 entur ex putrefactione peccati: me-  
 thaphysice loquendo et affliget.  
**A**d quintū de tenebris dicendum  
 quod dispositio inferni erit talis quod  
 esse poterit: maxime ad afflictōem  
 dampnatorum. visio vero fm se est de-  
 lectabilis. sic dicit primo Methaph.  
 Per accidens vero est tristabile fm  
 quod aliq̄d nociuū visu apprehēditur  
 Est ergo et erit dispositio inferni ta-  
 lis quod nichil prospiciat ibi videbitur

s̄ sub quadā vmbrositate ut illa  
 videatur quod anime possunt ingerere  
 afflictionem. Vñ simpliciter loquē-  
 do ē magis tenebrosus quod lucidus  
 quod ibi nō poterit esse ignis nisi fetu-  
 lentus et turbidus. **A**d sextū  
 dicendum quod nō solum per ignem pu-  
 nientur dampnati. sed sicut dicit Ba-  
 silius sup illud Vox domini incidit.  
 flā. in vltima purgatione mundi  
 fiet quedā sepatio in elementis pu-  
 ri ab impuro. Et quicquid est pu-  
 rum et nobile remanet superius ad  
 gloriam electorum. quicquid est fetu-  
 lentum et turbidū descendet ad in-  
 fernū ad penā dampnatorum. Et sic o-  
 mis creatura dei erit electis materia  
 gaudij. Ita dampnatis ex omnibus  
 creaturis fiat tormentum. Et sic in-  
 telligunt nonnulli principium prece-  
 dentis lectionis. Pugnabit cum illo  
 orbis terrarū contra infelatos. Et il-  
 la varia mixtura multarum fecium:  
 sulphur potest vocari. Quia vero  
 pena purgatorij nō est principa-  
 liter ad affligendum s̄ ad purgan-  
 dum. Ideo dicunt eā per solū ignem  
 fieri. hō sic autem in inferno cui⁹  
 pena est ad affligendum. et nullo  
 modo ad purgandum. **C**api-  
 tulum sextū. **L. 12.**  
**M**elior est sapientia quam vires  
 et vir prudens magis quam  
 fortis. **S**imilis sapientia ē  
 hominē reddere dignum ad alios  
 gubernandum et regendum. Et ideo  
 primo ostēdit quō hō possit et debe-  
 at per donū sapientie alios gubernare  
 Secundo quō hō possit sapientiam  
 impetrare. **I**n hoc igitur capitulo. 6.  
 spūs scūs intēdit informare gub-  
 natores. reges. iudices et platos  
 2.1.



a eos ad amorem sapientie invita-  
re. **P**ostquam a spiritu sancto osten-  
sum est a principio libri usque huc  
quomodo per iustitiam et bonos mo-  
res potest homo sapientiam acquirere.  
**H**ic consequenter declarat quo-  
modo sapientia acquisita possit ho-  
minem perficere. **E**st tamen no-  
tandum quod ista divisio libri vel per-  
cellus non est ita precise facta: quoniam  
in utraque parte utrumque fiat. Nam  
in precedentibus aliquando dictum  
est: quomodo sapientia possit ho-  
minem perficere. **E**t in sequentibus  
docet aliquando quomodo homo  
possit sapientiam acquirere. **A**git  
enim alternatim: nunc de sapientia  
acquirenda: nunc de sapientia ex-  
tenda: videlicet per totum librum. **Q**uia  
vero finis et perfectio sapientie est fa-  
cere hominem abilem ad seipsum  
et ad alios gubernandum virtuose.  
**I**deo de isto fine principaliter in-  
tendit. **V**nde intentio huius capi-  
tuli est informare reges: principes  
iudices et prelatos: quomodo tam  
se quam sibi subiectos debeant gubernare.  
**H**oc autem fit inter scalarites  
et alternatim duplici via videlicet sapi-  
entiam commendando et ad sapien-  
tiam inclinando. **V**nde nunc commē-  
dat eius valorem: nunc invitatur ad  
eius amorem: et tunc per totum capi-  
tulum. **C**omendans ergo sapientiam  
in lectione ista comparat eam ad for-  
titudinem corporalem que fuit prin-  
cipium presumptionis humane ad  
alios regendum et gubernandum.  
**F**ortes enim homines et robusti pri-  
mo ceperunt per tyrannides debiliores  
opprimere et eis ad propriam utilita-  
tem: non ad subiectorum commodum

dominari. **S**icut per de Nemproth  
per Gene. 10. de quo dicitur quod cepit  
esse robustus venator hominum  
coram domino: oppressor et extin-  
ctor amore dominandi. **I**n tantum  
autem invaluit illa opinio: quod for-  
titudo corporalis videtur dignificare  
hominem ad principatum et etiam  
usque hodie a pluribus fatuis ap-  
probat. **R**uam opinionem elidendo  
quia falsum est dicitur: quod ad regen-  
dum et gubernandum melior est sa-  
pientia quam vires. **S**apientia inquit  
que sursum est: que inducit spei  
fidem et caritatem cum omnibus  
virtutibus cardinalibus: quia non lo-  
quitur de sapientia stricte prout  
est quedam virtus intellectualis:  
precise. sicut in principio libri di-  
ctum fuit. **V**nde Seneca epistola septi-  
ma dat differentiam inter alias ar-  
tes et sapientiam: quia alie artes  
sunt sicut instrumenta vite: sicut na-  
vigatio: edificatio vel plantatio.  
**S**apientia autem est ars vite. **I**tem epistola 86  
sunt cōtes cogita cōtes. **Q**ueris an es-  
time aliquem futurum esse sapientem qui  
has nescit. **S**apientia res trahit non  
verba de diuinis humanisque cogi-  
tet: de preteritis: de futuris: de cadu-  
cis: de eternis. **D**e ista sapientia loquitur  
**B**ernardus in quibusdam sententiis  
et ponit auctoritas 8. li. flo. 2. c. 29.  
**D**istinguit sapientiam triplicem. **S**apientiam  
cordis: sapientiam oris et sapientiam  
operis. **E**t qualibet ponit in tribus  
consistere. **S**apientia inquit cordis in  
penitentie peccatorum preteritorum est.  
**I**n contemptu presentium comodo  
est. **I**n desiderio futuro et premio  
**I**nvenisti plane sapientiam: si prio-  
ris vite peccata desinas. **S**i huius



seculi de fide a bilia pui pendas. Si e-  
ternam beatitudinem toto deside-  
rio concupiscas Inuenisti sapientiaz  
si tibi horum singula sapiunt pro ut  
sunt. **Hec** quidem ut amara et om-  
nino fugienda. Ita vero velut ca-  
duca et transitoria contempnenda  
**Illa** vero ut perfecta bona totis desi-  
derijs appetenda intimi animi quo-  
dam sapore diiudices ut discernas.  
**Hec** quantum ad sapientiaz cordis  
de sapientia vero oris subditur  
sane in hys tribus verbis. **Affluis**  
sapientia vel prudentia. **Sit** in ore  
confessio proprie iniquitatis. **Sit** gra-  
tiam actio et vox laudis. **Sit** etiam  
sermo edificationis. **De** opis sapi-  
entia dicit sic. **Queram** in opere  
triplicem sapientie affluentiam. Ita  
puto ego quantum ad opus per-  
tinet. **Illum** copiose satis affluere  
sapientia quicumque continentem pa-  
cienter et obedienter conuersatur  
ut videlicet fidelis obedientia: pro-  
priam mortificet voluntatem. humil-  
continentia: carnalem pariter et se-  
culari amputet voluptatem. **Di-**  
laris patientia utramque similiter  
carnalem et mundiale vtiliter sus-  
tineat ad utilitatem. **Hec Berna.**  
**Et** certe ista sapientia melior est quam  
vires **Exo. 28.** Quisquis vestrum est  
sapiens veniat et faciat quod dominus  
imperauit. **Est** enim sapientia mu-  
dialis. bestialis et spiritalis. **Pri-**  
mam habent ambiciosi et cupidi.  
**Secundam** voluptuosi et lubrici.  
**Terciam** vero virtuosos et solidos. **De**  
prima sapientia. **1. Cor. 3.** Si quis  
videtur inter vos sapiens: stultus  
fiat ut sit sapiens. **Sapientia** enim  
huius mundi stulticia est apud de-

um **De** ista loquens beatus **Greg.**  
decimo **Moralium** exponens idem  
**Job. 12.** Deridet iusti simplicitas  
dicit sic. **Huius** mundi sapientia  
est cor machinationibus te gere-  
sensuz verbis velare. que falsa sunt  
vera ostendere. a que falsa sunt ve-  
ra demonstrare. **Hanc** qui sciunt  
ceteros superbiendo despiciunt. **Hanc**  
qui nesciunt subiecti et timidi in a-  
lijs ipsam mirantur. **Hec** sibi obse-  
quentibus precipit honoris cul-  
mina querere ad epta temporalis  
glorie vanitate gaudere. **Irroga-**  
ta ab alijs mala multiplicius red-  
dere cum vires suppetunt nullis re-  
sistentibus cedere cum virtutibus  
possibilitas deest. quicquid per ma-  
liciam explere non valet. **Hanc** pacifi-  
ca voluntate simulare. **Hec Greg.**  
**Secunda** sapientia est bestialis de  
qua dicitur ad **Romanos octavo**  
**Sapientia** carnis inimica est deo:  
**Legi** enim dei non est subiecta. **Hanc**  
sequuntur voluptuosi qui totam  
suam sollicitudinem circa carnis de-  
licias procurandas apponunt. **Tercia**  
sapientia est spiritalis ad  
**Coloenses primo.** **Imple** aminum  
agnitione voluntatis dei in omni  
sapientia et intellectu spiritali  
**Et Jacob** i tercio **Rue** de fursum est  
sapientia. **Primum** quidem pudica  
est deinde pacifica. **Per** primam ex-  
cludit sapientiam bestialem. **Per**  
secundam mundialem que nunquam  
est pacifica. **Sed** semper in turba-  
tione et bello. **Hec** ergo sapienti-  
a spiritalis sapientia sanctorum  
est de qua. **Gregorius** ubi supra  
**Iustorum** sapientia est: nihil per ostē-  
tationem fingere. **scilicet** verbis aperire  
Q. 7.

106 58

no

123

2

3



vera ut sunt diligere: falsa deuita-  
re: bona gratis exhibere: mala li-  
tentiis tolerare q̄ facere: nullam  
iniurie vltionem querere: pro ve-  
ritate contumeliam lucrum puta-  
re. **Res iustorum simplicitas deride-  
tur.** a mundi sapientibus fatui-  
tas reputatur. **Quid enim mudo  
stulti? q̄ amissa non querere: pos-  
sessa capientibus relaxare: nullā  
pro acceptis iniurijs reddere: im-  
mo adiunctis alijs bonis patienti-  
am p̄bere.** **Hec Gregorius.** **Hec  
in q̄ sapientia melior est q̄ vires  
a vir prudens magis q̄ fortis.  
Prudentia a sapientia in p̄posito  
accipiuntur pro eodem.** **Proverb.  
14.** **Vir prudens diriget gressus  
suos.** **Sed qualiter prudens hoc fa-  
ciat bene docet Sen de copia vltorū.**  
**Si inquit prudens es: animus tu-  
us tribus temporib⁹ dispensetur  
Presentia ordina: futura preuide.  
a p̄terita recordare.** **Nam qui nil  
de p̄teritis cogitat vitam perdi-  
dit.** **Qui nichil de futuro premedi-  
tatur in omnia incautus incidit.  
Sed qualis ista prudentia esse de-  
bet docet in eodem libro Seneca:  
q̄ nō debet eē nimia. sicut aliqui  
desiderant prudentes videri. a sūt  
astuti.** **Prudentia inquit immode-  
rata callidum facit inimicum at-  
tentum semper aliquid timētem  
aliquid requirentem. astutia ple-  
num versipellem. simplicitatis in-  
micum. cōmentatorem culpārum  
a vt postremo a cūctis vno nomi-  
ne malus homo vocetur.** **Pruden-  
tia perfecta nec obtusum habz in  
se aliquid nec versutum.** **Hec Se-  
neca** **Vbi plane patet q̄ cui p̄u-**

dentia debet adiungi simplicitas  
iuxta doctrinam saluatoris **Mat-  
is.** **Stote prudentes sicut serpen-  
tes a simplices sicut columbe.**  
**Vbi notandum q̄ triplex ē pru-  
dentia serpentis in bono quā nos  
ouem⁹ imitari.** **Prima est s̄m Je-  
ronimū. q̄ totum corpus p̄ salute  
capitis exponit quo caput inuo-  
luit.** **Isto modo nos p̄ capite nos-  
tro x̄po nos a nostra exponere de-  
bem⁹ a p̄pter honorez dei iniurias  
sustinere: tam in corporib⁹ q̄ in  
rebus.** **Secunda prudentia serpe-  
tis est q̄ obturat aures suas ne  
audiat incantantes** **Querūt enī  
incantatores venena que i capiti-  
bus serpentum sunt ad medicamē-  
ta inde cōficienda** **Serpens hoc p̄-  
sciens caput suū iter spicas cor-  
poris inuolutum abscondit a vna  
aurem applicat ad petram a aliā  
cum cauda obturat.** **Sic nos mo-  
lenter facere cōuenit.** **Incantatores  
sunt mali homines a corrupti alli-  
ciētes nos sub specie amicitie ad  
vicia mūdi vel carnis malis sug-  
gestionibus a exemplis pueris.**  
**Nos ergo quādo tales incantant su-  
periorez p̄tem rāōnis tam q̄ vnā  
aurem x̄po petre diūgam⁹ p̄ma  
ad Cōi. q̄to.** **Et inferiore obtu-  
rem⁹ cauda cogitāōne finis nos-  
tri quasi cauda corporis vitē ne  
ne illi qui blande a leniter volup-  
tates nobis suggerūt ad cōsēsum  
pertrahāt.** **Tercia prudentia serpe-  
tis est q̄ pellem veterem deponit**  
**Quādo enim senescit a squamis  
a putredine corp⁹ suū grauari  
sentit: transier per angustum fora-  
men alicuius petre. vbi pellem**



veterē omnino relinquet Et sic re-  
 nouatur et sanat. **Petra** sicut pri-  
 us cristus est. **Foramina** multa  
 sunt illius plurima vulnera. **Cum**  
 ergo veterem nostram conuersa-  
 sionem corruptam et ab homina-  
 bilem deponere volumus deuota  
 contemplatione et recordatione  
 passionis cristi per ista foramina  
 transeam? **Ex. 33.** **Donā** te in fo-  
 ramine petre et protegam te dexte-  
 ra mea **Et Canē. 2.** **Veni** columba  
 mea in foraminibus petre **Et bene-**  
 dicit **Stote** prudentes sicut serpen-  
 tes **Non dicit** **Stote** pungentes vel  
 venenum emittentes **Sed estote**  
 prudentes tantū. **Non enim est** cre-  
 atura ita mala at pessima quin in  
 aliquo instruat homines ad bene  
 viuendum **Ephe. 2.** **Deponite** vos  
 scdm pristinam conuersationem  
 veterem hominem qui corrumpit  
 scdm desideria erroris. **Duo tamen**  
 requirunt ad hoc q serpens i fora-  
 mine pellem deponat. **Foraminis**  
 angustia siue subtilitas. **Si enī** la-  
 tum esset sine difficultate transiret  
 et pellem veterem secum portaret  
**Secundo** requiritur stabilitas. **Ni-**  
 si enī esset stabile foramen pel-  
 lem ferret q pellem ibi relinque-  
 ret **Isto modo** si velimus pellez ve-  
 teris conuersationis deponere oportet  
 arctam et angustam viam penite-  
 tie petransire **Et hoc nō** quomodo  
 cumq sed in stabili proposito vi-  
 tam nostram in melius commutā-  
 di. **Nihil enim** magis est contra-  
 rium prudentie q instabilis muta-  
 bilitas **Vnde Seneca** **Si** prudenti-  
 am amplecteris ubiq idem eris et  
 pro vt rerum ac varietas temporis

erigit. **Ita a te actōnem** edes tem-  
 porū ne te in aliquo mutes sed po-  
 tius aptes ac **Lectio septua-**  
**gesima quinta**

**A**udite q reges et intelligite  
**Discite** iudices finium ter-  
**re** **Cū** finis et perfectio sa-  
 pientie sit hominem dirigere ad se  
 ipsum et alios virtuose regendū  
 et hoc maxime ad reges iudices et  
 prelatos pertineat et iam declara-  
 tum sit q sine sapientia non pos-  
 sunt esse iusti nec sine iusticia sa-  
 pientes. **Concludit** h spiritus sac-  
 tus ex omnibus precedentibus is-  
 tam persuasionem **Audite ergo** re-  
 ges et cetera quasi diceret. **Vos es-**  
**tis** qui sapientiam et iusticiā sub-  
 iectis vestris administrare tenemi-  
 ni. **Sapientia** vero sine disciplina  
 haberi non potest **Ergo.** **Audite** re-  
 ges et principes et intelligite. **In**  
**Psalmo** **Et nunc reges intelligite**  
**erudimini** qui iudicatis terram.  
**Per-suadet** q spiritus scs i hoc tex-  
 tu quatuor scilicet humilitatez ad  
 discendi. **Audite reges.** **Subtilita-**  
**tem** aduertēdi **Intelligite.** **Audi-**  
**tatem** inquirendi **Discite.** **Seueri-**  
**tatem** exequēdi **Iudices finium**  
**terre.** **Dicit ergo** sic litteraliter or-  
 dinando sententiam. **O reges** id  
 est quicumq prelati audite aure  
 corporis quia **Ecclesiastici sexto** **Si**  
**dilereris** audire: sapiens eris. **Et**  
 hoc est tibi rectori satis vtile cum  
 sis rex. quia **Ecclesiastici decimo.**  
**Rex insipiens** perdet populum su-  
 um. propter quod signanter **Sal-**  
**omō** cum rex constitueretur a do-  
 mō peñt **Parali. 1.** **Da** m dñe sa-  
 piētā et intelligētā vt egredia corā  
 R. 3.



populo tuo a ingrediar. Sed quia  
 nō sufficit aures percipere nisi con-  
 apiat a mente. Ideo subdit in-  
 telligit: quia Prouerbiorū p̄mo  
Audiens sapiens sapientior est  
 a intelligens gubernacula possi-  
 debit. Et iterū vos iudices finium  
terre id est vos iudices geneales  
 quia quāto maior est vestra iuris-  
 dictio tanto maior requiritur in  
 vobis iusticie dilectio ysa. primo  
 discite benefacere: quia hoc suffi-  
 cit. Primo ergo in hac littera re-  
gibus p̄suadet humilitas ad di-  
scendi. Vnde dicitur. Audite ergo  
reges. Cum enim nulla v̄tus no-  
 bis inuascitur neq; moralis secu-  
 do Ethico 2: neq; intellectualis t̄-  
 cio de anima: eo q; anima ē sicut  
 tabula nuda ac. Reges vero sum-  
 me v̄tutibus indigeant. Et iterū  
Auditus sit sensus multum disci-  
plinabilis. Iuxta illud. Altius im-  
mutant animū demissa p̄ aures.  
Ergo audite reges. Iudicium. 4.  
Audite reges: aures percipite  
principes. Omnem enim reges de-  
cet sume deum colere a legem dei  
scire. Vnde Deuteronomij decimo  
septimo. Lex moysayca precipit  
hic. Postq; sederit rex in solio reg-  
ni sui describet sibi Deuteronomij  
legis huius in volumine accipies  
exemplar a sacerdotibus leuitice  
tribus. a habeat secum. legetq;  
illud omnibus diebus vite sue:  
ut discat timere dominū deum su-  
um a custodire verba a cerimoni-  
as q; in lege eius precepta sūt. Et  
ideo in coronatione regis priusq;  
benedictio vel consecratio sup eū  
fiat. Ita tria faciet iuramēta sub

forma. In xpi nomine promitto  
 hec tria populo cristiano michi  
 subdito. In primis me preceptu-  
 rum a opem pro viribus impensu-  
 rum: vt ecclesia dei a omnis popu-  
 lus cristianus veram pacem nos-  
 tro arbitrio in omni tempore ser-  
 uet. Aliud Vt rapacitates a o-  
 nes iniquitates omnibus grabi-  
 bus interdiciam. Tertium: vt  
 in omnibus iudicijs equitatem  
 a miā p̄cipiā: vt in a vobis indul-  
 geat miā suā deis a misericordi-  
 de. Ecce q; secura ofcia p̄t talis vi-  
 uere: q; h; sub se q;si infinitū pplm  
 regē: cū hec ea seruare in rebelli gē-  
 te a falsa sit sume difficile. Nō em̄  
 ad ludū: nec ad hono: ē tū nec ad  
 ocū: h; ad periculū: sollicitudinē a  
 sumū: negociū est v̄tē? Postq;  
 at p̄dicta rex iurauerit d̄s sup  
 eū q;busdā orōib; Metropolitan⁹  
 inūget ei man⁹ de oleo s̄ficato a  
 postea pectus a scapulas compa-  
 gesq; brachiorū. Et tandē de oleo  
 eodez fiet cur sup caput eius pos-  
 tra de crinate cur oracōib;: pos-  
 tra ab ep̄is accipiet ensē. a cur  
 esse totū regnū sibi fidelē ad regē  
 dū sciat eē omen datū dicēte Me-  
 tropolitano: si tū solennitatē faci-  
 at Accipe gladiū p̄ man⁹ ep̄o: si  
 cet indign⁹: vice tū a auctoritate  
 ap̄loꝝ ofsecus t̄regaliē impositi-  
 nē benedōnis officio In defensi-  
 onē scē dei ecclesie ordinatum. Et  
 esto memor de quo ps. p̄phetavit  
 dicēs Accinge gladio tuo sup fe-  
 mur tuū potētissime: vt p̄ eū. vi-  
 eq̄tatis exerceas: molez inq̄tatis  
 potēte destruas a sanctā dei eccle-  
 siam: eiusq; fideles propugnando



pte gas nec min⁹ sub fide. falso s  
 q̄ dñi nois hostes exereis ⁊  
 destruas viduas ⁊ pupillos dem  
 ter adiuues et defēdas. Desolata  
 restaures ⁊ restaurata conserues.  
**Vlscaris iusta.** Cōfirmes bene  
 disposita quatenus hec agendū v̄  
 tutum triumphator glorioſ⁹. Jus  
 ticięq̄ cultor egregius cum mun  
 di saluatore cuius tīpum geris in  
 nomine sine fine merearis ēgnāē  
**Cum accinctus fūit ense accipiet**  
 armillas sinceritatis et sapiencie  
 diuineq̄ triumphationis iudiciū  
 quibus intelligas omnes operati  
 ones tuas cōtra hostes visibiles  
 posse esse munitas. Deinde accipiet  
 pallium. Et postea coronabit. **P⁹**  
 illa accipiet anulum. Deinde scēp  
 trum ⁊ vltimo virgam. Coronat⁹  
 ergo episcopos ofauletur a quibz  
 choro canente **Te deum laudam⁹**  
 ad solium regale duciē **Metropoli**  
 tano dicente. **St**a et retine animo  
 do locum quem huc vsq̄ paterna  
 successione tenuisti hēditatio iudi  
 cio tibi delegatum per auctoritatē  
 dei omnipotentis et presentem tra  
 ditionem nostram atq̄ omnium  
 episcoporum ceterorumq̄ dei seruo  
 rum. Et quanto clerum sacris alta  
 ribus propinquorem prospicis  
 tanto ei potiore in locis congru  
 is hōnorem impendere memineris  
 quatenus mediator dei ⁊ hominū  
 te mediatorē cleri et plebis in  
 hoc regni solio confimet et in reg  
 num eternum faciat regnare ihes⁹  
 cristus dominus noster rex regū  
 ⁊ dominus dominantium. **Letani**  
 et alie multe oationes dicuntur q̄  
 omnes eum declarant debere esse

cultorem iusticie ⁊ fidelē celatorem  
 que sine doctrina sapientum ereq̄  
 n̄ potest. Et ideo eis signanter dicit  
 sub figura **Montes israel** audite  
 verbum domini. Non solum autē  
 isti in sacra scriptura reges dicun  
 tur: sed etiam clerici qui se ⁊ alios  
 bene regunt. Sicut haletur duode  
 cimo questione prima duo sunt  
 geneā. Et ad hos dici potest. **Audi**  
 te reges. Et p̄ma **Petri secūdo** Vos  
 estis genus electum regale sacz  
 dotium gens sancta ⁊ populus ac  
 quisionis. Sed caueant ne de eis  
 verificetur quod dicit **Silbertus**  
 de **Tornato** in quodam sermone.  
**Vos** estis inquit genus electum:  
 seruale sacerdotium: gens prophā  
 na: populus perditionis. **RS** ab  
 sit. **Secūdo** persuadet scilicet regi  
 bus ⁊ prelatibus non solum humili  
 tatem ad discendi sed etiam subtili  
 tatem aduertendi. **Vnde** dicit in  
**Ps.** Intelligite insipientes i popu  
 lo ⁊ stulti aliquando sapite. **Intel**  
 ligere est quasi intus legere hoc ē  
 ponderare ⁊ recordari ac memoriē  
 retinere. quia legere ⁊ non intelli  
 gere est negligere. Sed grauitē  
 conqueitur **Psalmista** dominus  
 de celo prospexit sup filios hominū  
 vt videat si est intelligens aut re  
 quirens deum. Et sequitur **Omnes**  
 dedinauerunt simul inutiles facti  
 sunt etcetera. **Tercio** suadet spi  
 ritus sanctus rectoribus: guberna  
 toribus ac iudicibus aliorūm aui  
 ditatez inquirendi cum dicit **Disci**  
**te Prouerborum sexto** Vade ad  
 formicam o piger et considera vi  
 as eius et discē sapientiam. Et ideoz  
 petiuit **Psalmista** Da m̄ intellectū  
 R. e.

14



vt discam mandata tua. Et iterum  
**M**achei vnde dicitur **D**iscite a me: quia  
 mitis sum et humilis corde et inue-  
 niatis requiem animabus vestris. **R**uan-  
 tam aviditate inquirendi habu-  
 erunt principes antiquitus circa  
 sapientiam patet specialiter de **A**l-  
 lexandro magno: qui per patrem  
 suum **P**hilippum regem Macedo-  
 nie discipulus **A**ristotilis tradit?  
**C**ui **A**ristotili **P**hilippus mori **A**l-  
 lexandro nato hanc epistolam  
 destinavit. sicut narrat **A**ulus  
 Gellius libro nocturnum adiacentium.  
**E**t habetur in forma ut sequitur  
**P**hilippus **A**ristotili salutem di-  
 cit **F**iliū michi genitū scito. **Q**uo  
 equidem diis habeo referre grati-  
 am: nō tam proinde quia natus ē  
 quā pro eo quod eum nasci contigit te-  
 poribus vite tue. **S**pero enim for-  
 te ut educatus: eruditusque a te di-  
 gnus existat et nobis et istarum re-  
 rum successione. **V**ult ergo dice-  
 re: quod per doctrinam **A**ristotilis et  
 educationem speravit filium suū  
 fieri dignum filiatione regis. et re-  
 gla successione in regno. **D**e stu-  
 dio vero **A**lexandri magni scribit  
**A**lexander nequā libro suo de natu-  
 ris rerum sic. **A**lexandrum **A**res-  
 totilis discipulum fuisse Macedo-  
 nem certum est. **C**uius causa logi-  
 cam elaboravit: tam sedulus aut  
 naturarum indagator extitit **M**a-  
 cedo: ut in vase vitreo in mare mis-  
 sus naturas et consuetudines pi-  
 scium deprehendit **G**allum enim  
 secum habuit: ut super diluculo  
 certificaretur per gallicantum. **E**t  
 in vase dicto didicit quomodo in-  
 fidie damnestine preparande sunt

super hostes in re militari dum ex-  
 ercitus piscium contra alios insur-  
 gere conspexit. **O**rdinavit etiam  
 sicut narrat **P**linius aliquot mi-  
 lia hominum: qui in tota **A**sia et  
**G**recia vacarent armentis aliis  
 rebus: piscinis: vinariis: ne quid  
 vel quā gentium ignoraretur.  
**Q**uicquid vero illi experiebantur  
**A**ristotili summo viro sine mora in-  
 notuit. **Q**uos **A**ristoteles per unam  
 diem quinquaginta fere volumina  
 illa preclara de animalibus con-  
 didit. **H**ec **P**linius. licet apud  
 nos non nisi decem et novem habe-  
 antur. **P**atet ergo istius aviditas  
 ad discendum. **N**os autem non mo-  
 uemur eadem tanta curiositate scru-  
 tari: sed a simili ea que ad dei cul-  
 tum et bonos mores pertinent solū  
 modo studio cōsimili persequari  
**A**ugustinus decimo nono de civi-  
 dei capitulo sexto. **I**gnorantia iu-  
 dicis vel principis plerumque est  
 calamitas innocentis et **B**aruch  
 tertio. **D**isce o princeps ubi sit sa-  
 pientia: ubi prudentia: ubi sit in-  
 tellectus et virtus: ut scias simul  
 ubi sit longitudo vite et vir-  
 tutis: ubi sit lumen oculorum et par-  
 tibus. **V**ltimo persuadet gubernatori-  
 bus aliorum severitatem exequē-  
 di illud quod iustum est cum di-  
 cit. **J**udices finium terre. **M**orali-  
 ter mali dicuntur fines terre. et in  
 illos debent iudices severitatem  
 exercere. **V**nde de iudice dicitur  
 ad **R**omanos decimo tertio. **D**eus  
 enim minister es in vindictam: et  
 vindex in iram ei qui malum agit  
**D**euteronomij decimo sexto. **J**udi-  
 ces et magistrus constitues in omnibus



portis tuis ut iudicet populi tuum iusto iudicio nec in alteram partem declinent. Non accipias personam nec munera quia munera excecant oculos sapientium et mutant verba iustorum. Quia in re notandum est ne ad proferendam sententiam nunquam precipites esse debeamus ne temere indiscussa iudicemus ne quilibet mala audita nos moueat ne passim deum sine probatione credamus.

**D**ebete 1 Co. 16.  
Aures vos qui continetis multitudinem et placetis vobis in turbis nationum quoniam data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo: qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur. Postquam spiritus sanctus inuitaliuit ad amorem sapientie Reges iudices et prelatos generaliter. Dic dirigit inuitaliuit spem ad reges atque iudices malos specialiter. Unde postquam inuitaliuit per amabilem informationem hic inuitaliuit per rationabilem comminationem. Et circa hoc duo facit. Nam primo prophetat eis penam. Secundo reprobat eorum culpam. Secunda pars ibi. Quoniam cum essetis ministri regni. Et circa primum tria tangit contra iudices et ministros rectores. Primo status eorum celsitudinem. Secundo actus eorum ingratitude. Tercio pene eorum certitudinem. Secunda pars ibi. Quoniam data est vobis potestas a deo. Tercia pars ibi. Qui interrogabit. Dicit ergo primo sic. Prebete aures scilicet ad discendum sapientiam et mores bonos. Proverbi 4. Fili mi

attende sapientiam meam: prudencie mee inclina aurem tuam: vos qui continetis multitudinem. Non dicit vos qui regitis multitudinem nec docetis: sed continetis. q. d. Vos qui dominium queritis: non fructum in subditis vestris. Contra quales loquitur Apostolus Petri. 4. Non ut dominantes in deo: sed forma facti gregis ex animo. Prebete inquam aures: non unam tantummodo sed duas: scilicet cordis et corporis. Luc. 8. Qui habet aures audiendi audiat. Prebete ergo aures: non accommodate: non vendite. Aures enim sapientie accommodant qui tantum ad horam doctrine vacant. Contra quales prima Thimothei quarto. Attende tibi et doctrine. Et parate. Dec meditate. In his esto. Vn Seneca epistola octuagesima facta. Non cum vacaueris philosophandum est: omnia alia negligenda sunt ut huic assideamus. Cum nullum tempus satis magnum est. Et si a puericia usque ad humani cuius terminos vita producat: non multum refert: utrum dimittas philosophiam an intermittas. Et ideo prebete aures vestras: non accommodate vel vendite. Aures suas vendunt qui discunt propter vanam gloriam. Vendunt enim iudices aures receptores munerum quod nichil audiunt de causis pauperum donec munus aduerit. Mic. 3. Principes eius muneribus iudicabant. Prebete ergo aures vos qui continetis multitudinem et placetis vobis: non deo. Quia secundum Aug. super Ps. Ad te leuaui. Qui sibi placet deo displicet in turbis nationum id est multitudinem subditorum et auditorum et non in

126

2.4



bonitate eorum quod est contra do-  
 ctrinam Sapiientis Ecclesiastici.  
16 Non iocunderis in filiis impijs  
si multiplicentur Non sic sibi pla-  
cuit Johannes Canonica sua ter-  
cia Maiorem horum nemo habet  
gratiam: quod ut audiam filios in ve-  
ritate ambulantes Sic ergo exprimit  
status eorum celsitudinem. Conse-  
quenter subiungit eorum ingrati-  
ditatem et dicit sic. Quoniam data  
est a deo potestas vobis etc. Illa  
est magna ingratitude quando ho-  
mo de beneficijs a deo receptis de-  
um impugnat. Unde tales cum  
ideo receperint potestatem: ut sub-  
ditos gubernent ad honorem dei  
ipsum expoliant. et in ipsis deum i-  
honorant. Data est inquit vobis  
potestas non vendita quasi diceret.  
Gratis accepistis gratis date Ma-  
thaei. 10. Et hoc a domino: quia Jo-  
hannis decimonono. Non haberes  
in me potestatem nisi datum tibi  
esset de super. Et virtutem scilicet  
cohercendi malos et puniendi te-  
os qui interrogabit opera vestra  
Eccle subiungit pene eorum certitu-  
ditatem in iudicio generalis: quando  
deus non interrogabit hominem  
tantum: sed opera que testificabu-  
tur contra hominem Johannis. 4.  
Opera que ego facio testimonium  
phibent de me. Et non solum ope-  
ra: imo cogitationes scrutabitur  
Sapientie primo. In cogitatio-  
bus impij interrogatio erit. Pre-  
betate inquit aures. Tria xps exigit  
ut ei preteamus cor: manus et au-  
res. Cor ad diligendum Prover-  
bio. 23. Prete fili mi cor tuum mi-  
chi Manu ad testimonium perhi-

bebuz Ecclesiastici. 23. de Saule.  
 le. Testimonium perhibuit in co-  
 spectu dei et xpi. Aures ad audien-  
 dum ut hic et Johannis sermo. Pre-  
 betate aures et videte Sed est modo  
 de modernis nobilibus: sicut de Al-  
 bane narrat Aristoteles secundo  
 de animalibus ca. secundo. Est enim  
 animal magnitudine cervicis co-  
 tra consuetudinem omnium ani-  
 malium habens fel in aure simile  
 felli hominis et amari valde. Un-  
 de est animal magne ire et magne  
 ferocitatis. Sic multi potentes et  
 magni cum tanguntur verbo dei:  
 vel cum generaliter contra pecca-  
 ta predicatur. In quibus cum se re-  
 os sentiunt statim amaricantur et tur-  
 bantur. Habet enim fel in aure cor-  
 dis: quorum vnicuique dici potest il-  
 lud Actuum octavo. Non est tibi  
 pars neque fors in simone isto. In  
 felle enim amaritudinis et obliga-  
 tione iniquitatis video te esse.  
 Notandum quod licet prelati sit ma-  
 lus et subditus bonus et sanctus  
 quod diu tamen prelatus toleratur  
 ab ecclesia: maiorem debet habe-  
 re honorem et reuerentiam quam sub-  
 ditus propter tres rationes. Pri-  
 mo: quia prelatus gerit vicem dei  
 Unde deus in ipso specialiter hono-  
 ratur. Et hoc semper debet anima-  
 re subditum ad honorem sui pla-  
 ti. Secundo: quia est persona pb-  
 lica. Unde in ipso honoratur res-  
 publica et bonitas ecclesie: quod ma-  
 ior est quam bonitas singularis perso-  
 ne. Et ideo consueverunt prelati  
 personaliter dicere illud quod in  
 fine horarum dicitur per defunctis: quia  
 verbum et oratio prelati est quasi oratio



multitudinis. Et iteo videtur meli-  
or ceteris partibus quod oratio singula-  
ris persone. Tercio: quia prelatio  
se habet ad virtutem: sicut causa  
efficiens in alijs virtuosjs. Vñ ip-  
sa prelatio honorabilis est: etia-  
in persona indigna. Dicit enim  
Philosophus. 9. Ethicor. Digni-  
us est alijs causam virtutis existe-  
re: quod in se tantum virtuosum esse.  
Letio septuagesima septima.

**Q**uoniam cum essetis mi-  
nistri regni illius non rec-  
te iudicastis: neque custo-  
distis legem iusticie: neque ser-  
uistis legem dei ambulastis. // In-  
ter-  
ditio Salomonis in hac parte est  
refellere et arguere peruersos iudi-  
ces et iniquos prelatos. // Postquam  
spiritus sanctus declarauit malo-  
rum iudicium futuram pena. Sic  
accusat et ppatat future pene cau-  
sam. Et circa hoc sic procedit. Pri-  
mo ostendit: quod mali iudices: do-  
mini et prelati sunt veraciter iusti-  
cie debitores. Secundo ostendit  
in quibus sunt iusticie transgres-  
siones. Secunda pars ibi. Non iudi-  
castis. Primū declarat sic. Omnis  
minister obligatur ad ministeri-  
um pro quo facit pactum cum do-  
mino suo. Sed omnis iudex: prela-  
tus et superior facit pactum cum  
deo: vt sit minister regni hoc est gū-  
bernacionis ecclesie sub deo. Ergo  
omnis talis obligatur ad hoc mi-  
nisterium prima ad Corinthios  
decimoratio. Diuisiones ministre-  
tionum sunt hoc est. Diuerse perso-  
ne in ecclesia ad diuersa minist-  
teria obligatur. Item autem domi-

nis et istam obligationem sibi im-  
properat: cum dicit. Quoniam cum  
essetis ministri regni illius? Ex quo  
manifeste concluditur: quod fuerunt  
iusticie debitores. Omnis enim  
rex et quicumque est sub eo est iusticie  
debitor: et omnes sunt ministri reg-  
ni dei id est ecclesie prima ad Cho-  
rinthios cap. quarto. Sic nos exis-  
timet homo vt christi ministros. et  
dispensatores ministeriorum dei. Et  
sic per consequens omnes minist-  
ri regni dei sunt. et debitores ius-  
ticie quod est propositum. Secundo  
ostendit: quod sunt transgressores ius-  
ticie. et hoc propter tria. Primo  
quia male iudicauerunt reos. Se-  
cundo: quia iniuste spoliauerunt ius-  
tos. Tercio: quia male regulave-  
runt seipsos. // Quantum ad pri-  
mum dicit. Non recte iudicastis.  
Quantum ad secundum dicit. Ne-  
que custodistis legem iusticie. Rū-  
tum ad tertium dicit. Neque ser-  
uistis legem dei ambulastis. Dicit  
ergo eis primo sic. Non recte iudi-  
castis. Hoc autem fit quadrupli-  
citer: sicut docet beatus Gregorius  
in Omelia. et habetur in canone  
vndecimo questione tertia. Qua-  
tuor. Quatuor modis humanum  
iudicium peruertitur: scilicet timi-  
ditate: cupiditate: offensione et  
affectione. Nec est sententia. Sed  
ista sunt verba. Quatuor inquit  
Gregorius modis iudicium hu-  
manum peruertitur. Timore dum  
metu potestatis alicuius veritate  
loqui pertimescimus. Cupiditate  
dum premio ius alicuius corrum-  
pimus. Odio: dum contra quem  
libet aduersarium molimur. Amore

121

Quatuor modi iudicium



dum amico vel propinquo contē-  
 dimus prestare auxiliū. **Judicāt**  
 etiam non recte quidam propter  
 personarum acceptionem quidā  
 propter debiti ordinis pretermissi-  
 nem quidam propter personarum ac-  
 ceptionem. **Contra q̄s. Deutro. p̄**  
**mo.** Ita parū audietis ut mag-  
 num nec accipietis cuius q̄ perso-  
 nam q̄ dei iudicium est. **Vnā le-**  
 gem istaz omnes iudices attēde-  
 rent. **Quoniam** dei iudiciū faciunt  
**Vnde** illi facere debent q̄ deum  
 velle facere si ibi esset credūt. **Alij**  
 non recte iudicant propter per-  
 sam intensionem. **Intendunt** enī  
 quidam remuneratiōem tempa-  
 lem vel in fama vel in pecunia. **Cō-**  
 tra quos loquitur beatus **Grego-**  
 et habetur in **Can. vndecimo q̄sti**  
**oē. 3.** Qui recte. Qui recte inquit  
 iudicat et premium remuneratio-  
 nis expectat fraudem in deum p-  
 petrat quia iustitiam quam gra-  
 tis impartiri debuit acceptione pe-  
 cunie vendidit. **Bonus** male vtunt  
 qui pro temporali lucro iuste iudi-  
 cant. **Tales** quippe ad veritatem  
 non iusticie defensio sed amor pre-  
 cij prouocat. **Quibus** si spes mim-  
 mi subtrahitur confestim a iusti-  
 cie defensione discedunt. **Hec Gre-**  
**gorius.** Si ita est q̄ iudex propter  
 munera iusticiam faciens damp-  
 natur. **Quid** fiet de illo iudice qui  
 propter munera iniusticiam iudi-  
 cabit. **Tercio** sunt quidam qui nō  
 recte iudicant propter ordinis de-  
 biti pretermisionem. **Detemus** e-  
 nim quicūq̄ sumus in superiori q̄-  
 du positi primo iudicāe nos ipsos  
 et postea alios considerantes nos

esse homines et nō deos aut domi-  
 nos **Secūdo. Corint̄. vndecimo**  
**Si** nosmetipsos diiudicemus nō  
 vtiq̄ iudicemur. **Rualis** autem  
 debet esse qui debet alios iudica-  
 re bene et iuste declarat **Ambō**  
 sius super psalmum **Beati** imma-  
 culati. **Et** habetur in **Canone. 3.**  
 questione septima. **Judicet. Judi-**  
 cet inquit ille de alterius errore q̄  
 non habet quod in seipso cōp̄n-  
**Judicet** ille qui nō agit eadem q̄  
 in alio putauerit puniendā ne cū  
 de alio iudicat in se ferat sententi-  
 am. **Et** iudicet ille qui ad pronūci-  
 anduz nullo odio nulla offensio-  
 ne nulla leuitate ducatur. **Et** post  
 pauca. **Bonus** iudex nichil ex ar-  
 bitrio suo facit nec ex domestice vo-  
 luntatis proprietate sed iuxta le-  
 ges et iura pronunciat et satis et  
 statutis iuris obtemperat non in-  
 bulget proprie voluntati nichil pa-  
 ratū nichil p̄meditatur de domo p-  
 fert sed sicut audit ita iudicat et  
 sicut se habet natura discernit ob-  
 sequitur legibus non aduersatur  
 examinat cause merita nō mutat  
**Hec** ibi. **Sequitur.** Neque custo-  
 distis legem iusticie **Vbi** ostēdit  
 eos fuisse transgressores quia in-  
 iuste spoliauerūt iustos **Iudex** qui  
 male iudicat frequenter iustum  
 a bonis suis spoliat. **Et** sicut dicit  
 doctores concorditer. **Siue** tulerit  
 iniquam sententiam ex certa ma-  
 licia. **Siue** ex iuris ignorantia te-  
 netur ad restitutionem. et ad to-  
 tum intere esse parti lese nisi possit  
 inducere illū p̄ q̄ iudicauit iuste  
 ad satis faciēdū parti lese. et idē intelli-  
 gitur de iudice ordinario l' delegato



M  
ad satisfaciendam parti lese. Et  
illud intelligitur de iudice ordina-  
tio vel delegato vel sponte se inge-  
rente vel acceptante gratis delega-  
tionem suam. Si vero aliquis iu-  
ris ignarus foret compulsus ad  
iudicandum a petere consilium a  
iurisperitis a apponeret diligenti-  
am quam posset ad bene iudica-  
dum. Tal licet ferret iniquam sententi-  
am non tenetur ad restitutionem.  
Sed si fuerit negligens in petendo  
consilium a iurisperitis cum eos  
posset habuisse tenetur ad restitu-  
tionem. Aliud est h notandum  
q sicut dicitur extra de sententia a  
remissione iudicialia in nouellis  
Innocentij. Cum eorum. Si iudex  
ecclesiasticus ordinarius vel dele-  
gatus contra conscientiam a ius-  
ticiam in grauenen partis in iu-  
dicio alterius quicq fecerit p ge-  
tiam vel per sortes ab executione  
officij p animum nouerit se suspen-  
sum ad estimationem litis parti  
quam leserit nichilominus con-  
demnandus. Et si durante suspen-  
sione ingerit se diuini: irregularis  
est. a cum eo solus papa dis-  
pensat. Nec ibi. Et ideo illi qui cu  
iudicibus tractant vel consilian-  
do: vel supplicando: vel informando  
bene sibi cauere debent: ne sint ca-  
quate iudex a veritate dedinat: vl  
ppter eorum consilium vel preces  
vel suggestiones: quia alias gra-  
uiter peccant. a ad restitutionem  
parti lese faciendam tenentur. Et  
ideo quid sit a iudice rogandum  
docet Tullius tercio de officijs ca-  
pitulo. ii. Predarum a maiorib?  
accepimus morem rogandi iudi-

tem si eum morem tenerem? que  
salua fide facere posset. Nam si om-  
nia faciēda sunt que amici volūt  
non amicitie tales: sed coniurati-  
ones putande sunt. Ad hoc autēz  
q iudex lege iusticie teneat ista  
tria custodiat scilicet exquisitam  
cause discussionem: facilis credu-  
litatis exclusionem a deliberate se-  
tentie prolationem. De primo a  
secundo Job vice simonono. Cau-  
sam quam nesciebam diligentis-  
sime inuestigabam. Super quod  
dicit Gregorius decimonono Mo-  
ralium capitulo decimosexto Maio-  
ra crimina tarde credenda sunt cu  
audiuntur. a sunt citius punien-  
da cum veraciter cognoscuntur.  
Facilitas enim credulitatis per-  
uersum facit dare iudicium. sicut  
patet de Phutifare principe mili-  
tis Pharaonis Genesis decimo-  
nono. Rurumis credulus verbis  
coniugis innocensem Joseph car-  
teri mancipauit. De forma discuti-  
endi causas in iudicio exemplum  
habemus de domino deo nostro:  
qui tamen omnia nouit vt deus  
Genesis decimo octauo. Clamor  
inquit dominus Sodumorum a  
Gomorreorum multiplicatus est  
a peccatum eorum aggrauatum  
est nimis: descendam a videbo  
vtrum clamorem qui venit a me  
opere compleuerint an no est ita  
vt sciam. Quod exponens Magi-  
ster in historia scolastica dicit sic.  
Hoc exemplum xpus ihesus reli-  
quit nobis quasi diceret. Mala  
hominum no ante credatis q pro-  
betis. Inde est q iudex crimē sibi  
soli notum punire no potest. Nec



ill e. Secundo habemus iteratū ex  
emplum ad idem. **Johā. octauo.**  
Quam diligenter cristus excussit  
causā mulieris quā scribe et pha-  
risei de adulterio accusabant. Pri-  
mo enim inclinans se deorsum di-  
gito scribebat in terra. Et rursum e-  
rigens se dicit eis Quis vestrum  
sine peccato est etc. Et iterū scribebat  
in terra. Ecce quod morosus fuit ante  
quod voluit sententiare et quod diligēt  
causam mulieris discutit. Quid autē  
scribebat ex sacra scriptura ex p̄s-  
sum non est dicunt quidam quod il-  
lud idem scripsit quod eis respondit  
Qui sine peccato est vestrum etc. Glo-  
sa dicit quod scribebat peccata eorum  
ut quilibet legēt sua. Dicit Amb<sup>o</sup>  
Et est ibi in glosa interlineari. Quod  
scripsit nisi illud propheticū. Ter-  
ra terra absorbe hos viros ab dica-  
tos Hieronimus in quadam epis-  
tola ad Hyēneū. videtur velle quod  
scripsit. Terra terram accusat. In  
hīs ergo exemplis cristi patz doc-  
trina omnium predictorum trium  
sine quibus iustuz iudicium esse  
non potest. Ad hoc enim quod iudici-  
um sit actus iusticie tria exiguntur  
Primo quod procedat ex inclinatioe  
iusticie. Secūdo quod procedat ex au-  
toritate. Tercio quod featur scdm ra-  
tionem prudentie. Quia si sit con-  
tra rationem iusticie dicit iudici-  
um peruersum vel iniustum Si sine  
autoritate. Dicitur iudicium vsui-  
patum. Si sine ratioe prudentie  
in cause examinatioe. Dicitur iu-  
dicium temerarium. de imparato-  
re Theodosio et beato Ambrosio  
legit noō libro historie triperite  
notabilis ē historia que narra-

capitulo decimo quarto. Cum enī  
apud Thessalonicam quidam iu-  
dices fuissent lapidati. Indigna-  
tus Theodosius omnes passim i-  
terim iussit non precedente exami-  
natione iudicij vt septem milia ho-  
minum interficerentur. Post hec  
venit imperator apud mediolanū  
vbi preerat Ambrosius. Cumq;  
in die solemni imperator in eccle-  
siam ingredi voluisset. foris ad ia-  
nuam Ambrosius eum prohibu-  
it et grauissimis obiurgatioib;  
eum arguit et inter alia dicit sibi  
sic. Quam inquit penitentiaz oste-  
disti post tautas iniquitates que  
re ibi residuū. Tercio accusat  
spiritus sanctus malos iudices de  
hoc quod male regulaeunt seipfos  
Neq; scdm voluntatem deiambu-  
lastis Ad Romaos duodecim. No-  
lite conformari huic seculo sed e-  
formamini in nouitate sensus  
vestri et probetis que sit voluntas de-  
i bñplacens et perfecta. Nō enim  
debent se conformari seculo sed sta-  
re pualite i rationis iudicio vt fac-  
ti sint in se ipsis qui habent alios  
ex officio sacrificae ad Thessaloni-  
censes quarto. Hec est enim volū-  
tas dei sanctificatio vestra vt ab-  
stineatis vos a fornicatioe vt sci-  
at vnusquisq; vas suum possidere  
in sanctificatione et honore non  
in passionibus de siderij sicut gen-  
tes que ignorant deum

Lectio septuagesimo octaua

**H**ortende et cito appa rebit  
vob qm iudiciū diuissimū  
i hīs q p̄sūt fiet. Erguo  
em ceditē mīa. Potētes at potē  
tormēta patiēt. Dedātis causis







in sanguinem ante q̄d venit dies do-  
 mini magnus et horribilis. **Veni**  
 et ergo horrende // **Secundo** veni  
 et cum excussione corporis quia  
 cito id est repente Ille qui venit ex  
 iopinato dicitur venire cito q̄tum  
 cumq̄ expectauerit veniendo In  
 rei veritate cristus morose eos ex-  
 spectat et ipsi sua mora abutunt̄  
**Et** cum dixerint pax et securitas  
 tunc repentinus superueniet eis in-  
 teritus. 1. **Thimothei secundo** Qui  
 a in psalmo. Viri sanguinum et  
 dolosi non dimidiabunt dies suos  
**Apoca. 22.** Ecce venio cito et merces  
 mea mecum ē reddē vnicuiq̄ sc̄d̄  
 opera sua. Quare non est populus  
 ita deuotus vt olim. **Responso** Jo-  
 cularum. tūc fuerunt promoti p̄  
 mores et scientiam **Punc** propter  
 obsequia et pecuniam **¶** **Tercio**  
 veniet euidenter cum declaratioe  
 vigoris quia tunc videbunt filius  
 hominis venientem in nube cum  
 potestate magna **Luce. 21.** Verū  
 est q̄ non habet modo deum pre o-  
 culis et ideo nō apparet eis. Dicūt  
 enim cum pharaone **Ezo. 4.** Quis  
 est dominus vt audiā vocem ei⁹  
 et dimittā israhel. **Nescio** dominū  
 et israhel non dimittam. **Sed** tūc  
 manifeste se ostendet eis **Abacue**  
**secundo** Adhuc visus procul et ap-  
 parebit in finem et non metietur  
 si moram fecerit expecta eū quia  
 veniet vobis et nō tardabit. Sic  
 ergo veniet cōtra malos prelatos  
**Sed** ad quem finez. **Certe** ad hoc  
 ut coram toto mūdo faciat vindic-  
 tam iustam de omnibus. **Sed** pri-  
 cipaliter de malis prelati et quia  
 tunc iudicium durissimum in hīs

qui p̄sunt fiet ducem quia male  
 intrauerunt: durius quia male ex-  
 erunt: durissimum. quia male vi-  
 erūt fiet enim tūc eis triplex q̄sto.  
**Quo** modo intrasti. **Quo** resistis  
**Quomō** vixisti. **Dur** iudiciū fiet se-  
 claibz. **Qui⁹** mal' i' glos. **Qui**ssimū  
 p̄ueris prelati. **Dura** questio  
 quare oues cristi non pauerunt  
 auxilio tēporalis substantie **Dur**  
 or quare non pauerunt verbo doc-  
 trine. **Durissima** quare eos non pa-  
 uerunt exemplo bone vite. **Dura**  
 questio: quare ex pauperibus ex-  
 tortiones fecerunt. **Durior** qualis  
 bona pauperum consumpserunt.  
**Durissima:** quare cristo et ecclesie  
 p̄ceptis elemosinis nō seruire eūt  
**Dura:** quare bonos nō i'forauerunt  
**Durior:** quare malos non increpa-  
 uerunt. **Durissima:** quare ipsimet nō  
 bene vixerunt. **Ergo** iudicium dū-  
 rissimum in hīs qui p̄sunt fiet **Pa-**  
 tet ergo q̄ fiet iudicium contra p̄-  
 latorum cum singulari discretioe **Re-**  
 stat declarare q̄ hoc fiet proporti-  
 one rationali. **Est** enim iustum  
 q̄ sic se habeat p̄a pilati ad penā  
 iude: sicut culpa pilati hūit se ad  
 culpam iude **In** illa proportioe in  
 q̄ culpa p̄lari excedit culpam sub-  
 diti iustum est q̄ pena prelati exce-  
 dat penam subditi. **Et** quia iste ex-  
 cessus est talis quo maior esse nō  
 potest. **Ideo** vocatur iudicium du-  
 rissimum quod infligetur. **Et** ideo  
 etiam consequenter q̄ exiguo cō-  
 ceditur misericordia: **potentes** autē  
**potentur** tormenta patientur. **Eri-**  
 guo id est ei qui peccauerit per ig-  
 noranciam aut fragilitatem cōce-  
 ditur misericordia id ē minor pena







Rogamus ante vos fratres ut  
 noueritis eos qui laborant in  
 uos et presunt uobis in domo et mo-  
 nent uos ut habundantius habeatis  
 illos in caritate propter opus  
 illorum pacem habete cum eis.

**T**ercio debet prelatus bonus esse  
 graciosus per piam compassione;  
 ut consoletur pusillanimes suscipi  
 at infirmos patiens sit ad omnes  
 secundum regulam; **Aug<sup>9</sup>** Ideo Christus non  
 iohannem constituit principem eccle-  
 sie sue sed petrum qui infirmus fue-  
 rat et compassione indiguerat compassio-  
 nis viscera singulariter obtinet;  
 et omnibus oneratur; **Ge. 22.** Helieser p-  
 reerat omnibus que habuit abra-  
 ham. Eliezer interpretatur dei mei sacrificia  
 et designat prelatum per cuius discre-  
 tam elemosinam sanctificari debent  
 subiecti **Ber<sup>9</sup>** sup. c. Discite sub di-  
 torum mites uos esse debet non dominos.  
 studete magis amari quam metui et si  
 miterdum seueritate opus est pa-  
 terna sit non tyrannica matres fo-  
 uendo patres corripiendo uos exhi-  
 beatis **Suspēdite** uerba produci-  
 te pectora lacte pinguescant si tipo-  
 turgescant. **Innocē. de vi. obi. hu.**  
**Statim** ut ambiciosus est promo-  
 tus ad honorem: in superbia extollit  
 et in iactantiam effrenatur si curat  
 prodesse sibi gloriatur **Preesse** presu-  
 mit se meliorem: quia cernit se su-  
 periores aut bonum facit non gra-  
 dus sed uirtus **Non** dignitas sed  
 magis extollit honestas. **Priores** de-  
 dignatur amicos: notos ignorat  
 bestenos **Sodales** contemnit an-  
 tiquos. **Vultum** auertit: ceruicem  
 erigit. fastum ostendit. grandia  
 loquitur. sublimia meditatur. sub-

esse non patitur. preesse molit pre-  
 ceptis et audax gloriosus et arrogans  
 grauis et importunus. Sicut autem  
 in malos prelatos fiet iudicium di-  
 uissimum: ita bonis dabitur pre-  
 minum maximum **Augustinus** in  
 quodam sermone. Nichil est in  
 hac uita et maxime hoc tempore dif-  
 ficilius laboriosius et periculosius  
 episcopi officio si apud deum nec  
 beatius si eo modo militetur quo  
 modo imperator noster intet **Quā-**  
 to prelati debet esse animosus p-  
 iustam correctionem. **Genesis** pri-  
 mo. **Presit** piscibus maris et vola-  
 tilibus celi et testibus terre **Omnis**  
 reptilis quod mouetur in terra. Pi-  
 sces maris sunt rebelles et otiosi  
**Volatilia** celi sunt superbi et am-  
 biciosi. **Bestie** terre auari et pecu-  
 osi **Reptilia** lubrici et libidinosi quod  
 omnes debet prelati iuste corrumpere  
**Et** secundum ecclesiasticas sanctiones  
 ad uirtutes reducere **Isaie** tricesi-  
 moterzio **Principes** in iudicio pre-  
 erunt. Sed quidam similes sunt  
 mulis qui non antiquas gallinas  
 inuadunt sed pullos iterum uenerunt  
 similes magistro leonis qui non  
 leonem sed catulum uerberat. Sic  
 prelati moderni non diuites et no-  
 biles peccatores sed pauperes. **Ec-**  
 clesiastica censura castigat. Sed de  
 quo dolendum uidetur **Tales** me-  
 dum presunt in ecclesia qui sunt te-  
 nebrosi per ignorantiam. otiosi p-  
 ignaniam **Cediciosi** p- infamiam  
**Et** contra tales bene loquitur **Am-**  
**brosius** in suo pastorali **Nichil** in  
 hoc seculo sacerdotibus excellenti-  
 us **Nichil** sublimius episcopis re-  
 periri potest ut omni cum dignitate



oculis demonstramus: digni nos  
 camus. **Quid sum?** **Quid fuimus**  
 professione actione potius: q̄ no-  
 mine demonstramus: vt nomen  
 congruat actioni: a actio responde-  
 at nomini: ne sit honor sublimis  
 a vita prodiuis: ne sit deifica pro-  
 fessio a illicita actio: ne sit religio-  
 sus amicus: a irreligiosus profes-  
 tus: ne sit gradus excelsus: a de-  
 formis excelsus: ne simplicitatem  
 simulemus columbinam: a men-  
 tem habeamus caninam: ne pro-  
 fessionem monstremus ouinam  
 a ferocitatem habeamus lupinam  
**Cōsimilem sententiam dicit Ber-**  
**nardus ad Eugenium secundo li-**  
**bro.** Audi inquit canticum meuz  
 minus suauis: sed salutare. **Mon-**  
**struosa res est gradus summus:**  
**a animus infimus: sedes prima**  
**a vita p̄malis lingua magniloqua**  
**a manus ociosa. Sermo multus**  
**a fructus nullus: vultus grauis**  
**a actus leuis: caput canum: a cor**  
**vanum: facies rugosa: a lingua**  
**rugosa: ingens auiditas: a nu-**  
**tans stabilitas.** **Uec Bernardus?**  
**Lectio septuagesimanona.**

**N**on enim subtrahet perso-  
 nam cuiusq̄ dominus: q̄  
 est dominator omnium:  
 nec verebitur magnitudinem cui-  
 usq̄: quoniam pusillum a mag-  
 num fecit ipse a equaliter est illi  
 cura de omnibus. **Fortioribus autē**  
**tem fortior instat cōratio.** **Cum**  
**declaratum sit: q̄ xp̄us iudicabit**  
**iniquos dominos a p̄uersos pre-**  
**latos cum graui districtioe.** **Hic**  
**ostendit: q̄ hoc fiet sine quacūq̄**

q̄ dissimulatione. **Parcunt enim**  
 interdum iudices propter beni-  
 uolentiam: interdum propter im-  
 potentiam: a interdum propter  
 negligentiam. **Primo ista tria**  
**excludit spiritus sanctus a iudi-**  
**ce xp̄o.** **Secundo subinfertur prin-**  
**cipalis conclusio. ibi. Fortioribus**  
**autem fortior instat cō.** **Quantum**  
**ad primū: q̄ xp̄s non parcat pp-**  
**ter tenuolentiam tunc temporis**  
**dicit sic.** **Non enim subtrahet per-**  
**sonam cuiusq̄ dominus.** **Caute**  
**la est frequenter apud iudices**  
**mundi: q̄ persona rea subtrahi-**  
**tur pro certo die: ita q̄ non com-**  
**paret.** **Vnde iudex pro die illo ni-**  
**chil facit contra eū: sed ista cau-**  
**tela nichil tunc valebit: quia nul-**  
**lus pro tunc se poterit absentare**  
**secunda ad Corinthios quinto.**  
**Omnes nos manifestari oportet**  
**ante tribunal xp̄i a cetera.** **Ergo**  
**dominus non subtrahet per dissi-**  
**mulationem personam cuiusq̄.**  
**Quia dicitur Actuum decimo: q̄**  
**deus non est acceptor personarū**  
**Et ratio est. quia est dominator**  
**omnium a iustus dominator.** **Es-**  
**go nulli faciet fauorē secundi Re-**  
**gum vicefimotercio.** **Fortis isra-**  
**hel dominator hominum iustus.**  
**Sic ergo nulli parcat propter be-**  
**niuolentiam.** **Secundo nulli par-**  
**cat propter impotentiam.** **Et quā-**  
**tum ad hoc dicit.** **Nec verebitur**  
**magnitudinem cuiusq̄: quasi di-**  
**ceret.** **Non dimittet propter timo-**  
**rem potentie regum vel principū**  
**vel creature cuiuscūq̄.** **Et hoc p-**  
**bat sic.** **Nullus enim artifex terret-**  
**tur de eo quod fecit a etiā potest**



destruere quā vult. quā omnis artifex potētiō est suo artificiātō. Sed deus fecit pusillū a magnū. **In ps.** dñs ipse est deus ipse fecit nos a nō ipsi nos. **Tercio** deus nulli peccat: propter negligentia. a quāntū ad hoc dicit quod equaliter est illi cura de omnibus. a prosequens nō plū negliget punire vñ quā aliū. **Sapie. 12.** Non est aliud deus quā tu: cui cura est de omnibus ut ostēdas quā non iuste iudicās iudiciū. **Hīs** g̃ tribus causis dissimulacōis exclusis subinfert̃ conclusio talis. fortib⁹ autem vllis qui fortib⁹ a grauib⁹ peccauerunt: fortior instat cruciatio. **Quia** **Deut. 24.** Pro mēsurā delicti erit a plagarū modus

**Circa** ista a alia in precedentib⁹ lectionib⁹ habita potest eē dubitatio lrālis ista. **Vtrum** licet iudici contempnare ad mortē propter allegata et probata corā se in forma iuris: illū quē scit penitus innocētem. **RS** sic: quia vellex que precipit̃ iudicatur de crimine contempnare est iusta vel iniusta. **Si** iniusta nullus debet eā iudicare. **Si** iusta null⁹ extra. **Item** 2. q. 1. **In** quāquā dicit̃ **aug⁹.** Nos inquit iudiciū ferre nō possum⁹: nisi aut cōiudicatur a sponte confessum. **Ergo** si res est cōiudicatur a sponte confessus: licet iudici ferre sententiā. sequētia patet quod si nō video hominē nisi sorte; video sortem. **Item** 1. q. 3. **Judicet.** dicit̃ **Ambrosi⁹.** Bonus iudex arbitrio suo nichil facit. nec ex domesticō vilitatis proprietate. s̃ iuxta leges a iura pronūciat a reuera sicut audit ita iudicat. **Igitur** s̃m allegata a probata licet sibi iudicare. **Ite** si

licitum esset iudici liberare innocētem extra allegata a probata: par ratione eciā poterit quālibet innocentem s̃m suaz a sciētiam iudicare cōsequi falsū. **Item** iudex in iudicio nō iudicat ut priuata psona. s̃ ut publica. **Ite** debet sequi noticiā publicā: nō suā priuatā. **Item** **Deut. 19.** **In** ore duoz a trinum stet one verbū. g̃ iudex debet contempnare s̃m sententiā testm̃. **Quia** in ista lectione tangit̃ de psonarū acceptione: sit ista dubitatio. **Vtrum** psonarū acceptio sit peccatum. **RS** nō: quod apud deum nullum est peccatum. sed apud deum est acceptio psonarum. g̃ ipse nō est peccatum. **Minor** ostēditur per illud ad **Rō. 12.** **Cum** nōduz nati fuissent a aliquid egissent bonū a mali. ac. dicitur est **Jacob** dilexi **Esau** aut odio habui. **Ipse** offerre alicui beneficiū ecclesiasticū propter cōsanguinitatem: est acceptio psonae. sed hoc nō est peccatum: sed caritas ordinata. quia ad **Gal. 6.** **Opemur** bonū ad omnes: maxime aut ad domesticos fidei. **Et primo** **Thimo. 4.** **Si** quis suoz curaz nō habet domesticoz: fidem negant a infideli est deterior. **Sed** domestici dicuntur illi qui attingūt a sanguinitatem. **Ipse** preferre nobile; illrātum ignobili lrātō est acceptio psonae. **Sed** hoc nō est peccatum quia talis magis potest defendere ecclesiam quā alius. a dñs sumus pontifex in dispensacōibus frequenter attendit nobilitatem. **facilius** em̃ dispensat cum eis quā cum aliis. g̃ cum hoc sit acceptio psonarum. **Ite** nō omnis acceptio psonarū est peccatum







persone est: q̄ causa me mouens  
 non est conditio que facit eū dig-  
 num honore collato. **Sed** si atten-  
 dam in isto consanguinitatem &  
 p̄pter hoc lego sibi. 10. liberos vel i-  
 stituo eum heredem & dimitto ex-  
 traneum non est acceptio p̄sone  
 s̄ cause: q̄ ista causa facit eū dig-  
 num & p̄porcionatur hūc b̄nficio  
 q̄d ē alleq̄ patrimoniu meū. **Vñ**  
 accipe p̄sonaz in p̄posito non ē ac-  
 ceptare p̄sonam hominis. **Sed** ac-  
 ceptare ad hoc b̄nficiū p̄pter cō-  
 ditionez non dignificantem eum  
 ad beneficiū conferendū. **Per**  
 hoc ad rationes. **Ad** primū est  
 dacio duplex. **Vna** p̄tinens ad iu-  
 sticiam quando aliquis dat q̄d de-  
 bet. & ista donacō proprie non ca-  
 dit in dō qui nichil d̄ creaturē sim-  
 pliciter loquendo. **Alia** est dacō si-  
 ue donacio proprie pertinens ad  
 libertatem vbi homo dat & tamen  
 non tenetur ad hoc: sed dat gra-  
 tis. modo acceptio p̄sonarum ē  
 iniusticia & non consistit nisi in do-  
 nationibus pertinentibus ad iu-  
 sticiam. **Et** ideo in acceptione dei v̄l  
 p̄destinatione non est acceptio  
 persone. quia deus non facit iniu-  
 stum creature sue eam reprobādo.  
**Sicut** nec facit iustum creaturam  
 ipsaz p̄destinando. & ideo in me-  
 re graciosus non peccat homo dā-  
 do vni & non alteri eūz neutri tene-  
 atur quicquid dare. **Ad** secūdū  
 de promotione consanguineoz  
 distinguendum est q̄ consanguī-  
 nei prelati sunt minus digni sim-  
 pliciter & per respectum ad b̄nfici-  
 um conferendum & p̄ respectū ad  
 ad bonum cōmune aut sunt eque

digni v̄t alij. **In** p̄mō casu promo-  
 uere eos & dimittere digniores est  
 acceptio p̄sonarum in dispensa-  
 tione spiritualium quorum non ē  
 dominus s̄ tantum dispensator. **1.**  
**Corinth. quarto.** Sic nos existēt  
 hōvt mistros xp̄i & dispensatores  
 misterioz dei. vñ ad illā clausulaz  
 ēfert q̄dam in casu p̄mo. **Mos** ē p̄-  
 latis dāe p̄lēdas b̄n natis. **Autē**  
 ne nūmatis l̄ eoz saguie natis.  
**Ergo** p̄lēde n̄ dicit: s̄ emēde. **In** se-  
 cūdo casu licet p̄lato p̄tere oflagui-  
 neos suos q̄ saltē vident acceptio-  
 res i hoc q̄ p̄nt de eis magis ofide  
 q̄ negocia ecclē cū eovnamiter  
 tractabūt. **Ad** terciū de p̄mōde  
 nobilitā & dispensacōe cū eis facta.  
 dicit dū q̄ q̄uis leatūā simpliciter  
 loquēdo magis reddat hōiez p̄do-  
 neū ad p̄mōnez in ecclē. **In** eū  
 tamē nobilitas fulcita bonis mori-  
 bus plus potest expe dire ecclē  
 in resistendo rebellibus & lupis o-  
 ues inuadentibus q̄ possit littera-  
 tura. **Et** in casu debet litteratura p̄-  
 poni in nobilitate nec est acceptio  
 persone in casu illo. **Secus** esset si  
 ēque valeret ecclē litteratūā sim-  
 plicis sicut p̄eeminētia nobilitis.  
**Et** isto modo forte non est accep-  
 tio persone in collocatione ep̄isco-  
 patus dimittere vnum bonum the-  
 ologū & promouere vnum bonū  
 iuristam & canonistam vbi nego-  
 cia ecclē sunt litigiosa v̄t ille per  
 iura sua defendat melius liberta-  
 tes ecclē q̄uis simpliciter loquē-  
 do. **Theologia** magis dignificat  
 hominem ad regimen animarum  
**Canones** tñ magis dignificat hō-  
 minem ad defensionē deciarū &



ex actionem eaz. **Q**d autem cum  
 nobilibus sunt dispensationes in  
 contrahendo matrimonia infra g  
 dus prohibicionis. a no cu paupe  
 ribus: no est acceptio psonaz. **P**a  
 causa dispensandi cum nobilibus  
 est confirmatio a multiplicatio pa  
 cis inter maiores in ecclesia q cau  
 sa apud pauperes no habetur. **A**d  
 quartu de electione min<sup>9</sup> boni  
 dicendum q aliter est loquendum de  
 electione apud for<sup>9</sup> iudiciale a ali  
 ter apud for<sup>9</sup> sciencie. Apud for<sup>9</sup>  
 publicum no vocatur electio vici  
 osi: si no eligat simpliciter meliorem  
 quia sic omis electio de facili calup  
 niam patretur. **E**t ideo sufficit eli  
 gere bonu fm iura. hec obligatur  
 ho ad eligendum meliorem fm iura  
 illa. s<sup>9</sup> fm scienciam eligentis neces  
 se est q eligat illu quem reputat  
 meliorem vel simpliciter vel ad illa  
 dignitatem p tunc p<sup>9</sup> satis circum  
 stantijs particularibus que ad eccle  
 siam tunc referunt. **E**t alias est ac  
 ceptio psonae a mendacium contra  
 officium eligendo. **A**d confirmaco  
 nem de eligendo infra gremiu dice  
 dum q illi qui sunt de gremio dita  
 tis consueuerunt utiliores esse ad bo  
 nu comune ecclesie in qua sunt nu  
 triti q adueticij. **E**t ideo statuitur  
 q de gremio pot<sup>9</sup> eligat si alijs t  
 sit p<sup>9</sup> donec. si no: fiat de alijs. **S**icut  
 patet dis. 61. Nullus. a dis. 63. Sa  
 croz. **A**d quintu q ho debet in  
 iudicio misereri pauperis quantum  
 potest racionabiliter sine lesione  
 iusticie a no contra iusticiam. quia  
**E**po. 23. Pauperis q no miserebe  
 ris in iudicio. **A**d sextu de exhibi  
 tione reuerentie indignis dicendu

q honor est exhibitio reuerentie  
 in testimoniu virtutis. vñ sola vir  
 tus est debita causa honoris. Aliq  
 tamē honorant ppter virtutem p<sup>9</sup>ri  
 am. aliqui ppter virtutem alienam  
 sicut mali prelati honorantur qz ge  
 runt personam dei a comunitatis  
 cui preficiuntur fm illud **P**rouer  
 bium. vice simo sexto. **S**icut qui  
 mittit lapides in aceru m<sup>9</sup> curij. sic  
 qui tribuit insipienti honore. **M**er  
 curius est de mercatorz. **A**ceruus  
 copu vel rocinu: vocat aceru m<sup>9</sup>  
 curij. **C**omputant autem qnqz cu  
 lapidibus. **S**icut igitur ibi ponitur  
 vn<sup>9</sup> lapillus p decē libris. **I**ta poi  
 tur qnqz in ecclesia vnius p<sup>9</sup> deota  
 vel insipiens loco prelati a loco dei  
**S**enes honorantur ppter virtutis ap  
 parentiam. a diuites ppter bonita  
 tem reipublice cui presumuntur vti  
 les esse: n<sup>9</sup> ppter diuitias honorant  
 tur. **V**ñ **G**losa sup illud **I**ac. 2. **N**o  
 lite in personarum acceptioe ha  
 bere fidem fratres mei **Q**ui diuites  
 propter diuitias honorat graue  
 peccat.

**Lectio Octuagesima.**

**H**is ergo reges sunt hñ  
 sermones mei vt discatis  
 sapientiam et non exi  
 datis. **Q**ui enim custodierint ius  
 ticiam eius: iuste iudicabuntur.  
**E**t qui didicerint iusta inuement  
 quid respondeant. **P**ostq de  
 claratum est a determinato qualiter de  
 faciet contra falsos iudices: bo  
 minos a prelatos in generali. **I**n  
 hac parte docet spiritus sanctus  
 quomodo sibi debent contra illud  
 iudiciu providere in speciali. **D**uo  
 R. 2



autem sunt eis necessaria Sapientia  
 quā ad deum Iustitia quo ad  
 proximum. Est enim sapientia the-  
 ologia et verus dei cultus secundum Da-  
 mascenum. Iustitia est virtus di-  
 rectiva in hiis que sunt ad proxi-  
 mum secundum Aristotelem quinto ethi-  
 corum secundum ista tria sunt Nam pri-  
 mo docet eos deuote colere. secundo  
 ad proximum iustitiam exercere.  
 et tertio eis promittit quod si hoc sua-  
 uerint poterint in iudicio sine pi-  
 culo respondere. secunda pars ibi  
 Qui enim custodierit iustitiam eius  
 et qui didicerint iusta. Condusum  
 est satis commendando comminatio  
 et inuitando: quia disciplina sapie-  
 tie iudicibus principibus et pre-  
 latis est summe necessaria Sed quia  
 monitio generalis non sufficit nisi  
 moniti audiant et aduertant Ideo  
 eos in hac parte excitat magis ef-  
 ficaciter explicando et magis eorum  
 statum exponendo. Et datur exem-  
 plum prelati quod non est satis gene-  
 ralia predicare cum curam habe-  
 ant animarum: sed necesse habet  
 in casu ad particularia descendere  
 quando iustitia seu ettelio opellit.  
 Et ideo verum est quod in precedentibus  
 satis dictum est regibus et prelati-  
 bus quod addiscant sapientiam: quia ta-  
 men reges et presides sunt nimis  
 desides a dea que eis rationabili-  
 ter persuaduntur. Ideo replicat in-  
 culcando Ad vos ergo reges et ec-  
 clesiarum rectores et prelati qui cum  
 sunt hiis sermones mei qui uisus pre-  
 cesserunt et etiam qui sequuntur  
 ut discatis sapientiam non illam  
 que deorsum est que est terrena a-  
 nimalis et dyabolica Sed illam que

de sursum est Jacobi tertio. de qua  
 Eccl. primo Omnis sapientia a do-  
 mino deo est et cum illo fuit semp-  
 et est ante eum et non excidit  
 videlicet a gratia in culpam. Sed  
 continuetis perseverantes finaliter  
 in caritate. prima Corinthiorum ter-  
 cio. Caritas nunquam excidit. Et quod  
 possibile est quod nunquam excidatis.  
 et datur consequenter. Qui enim ius-  
 to dixerint iustitiam eius et sapie-  
 tie increate que est Christus iuste in-  
 dicabuntur et iustitie premium re-  
 cipiēt pro mercede Thymo. quarto  
 De reliquo reposita est michi coro-  
 na etc. Et soli tales inueniunt in iu-  
 dicio quid respondeant Christo op-  
 ponenti Et ideo subdit. Qui didice-  
 rint iusta inueniunt quid respon-  
 deant Vbi notandum quod responde-  
 delemus quatuor generibus dispu-  
 tationum et argumentationum. Contra  
 nos enim arguit deus per geomet-  
 ricas demonstrationes. mundus  
 per rhetoricas persuasiones. demon-  
 per sophisticas obligationes. Et ta-  
 ro per insolubiles deductiones. Pri-  
 mo ergo deus arguit demonstratiue  
 disputando ut nos doceat et corri-  
 gat. Procedunt enim sicut demon-  
 strationes ab immediatis et notissi-  
 mis non quod ex peccatis nostris Io-  
 ha. 16. Ipse arguet mundum de pecca-  
 tis Et ideo ad rationes dei non iacet  
 responsio nisi affirmatiua quod si dixe-  
 rimus quod peccatum non habemus  
 nos ipsos seducimus et veritas in  
 nobis non est. Job primo. Unde  
 Job nono. Quantis ergo sum et  
 respondeam ei et loquar uerbis me-  
 is cum eo qui etiam si habuero quod  
 pia iustum non uidebo secundum meum iudicium



reprecator. Sic respondit mulier  
 deprehensa in adulterio **Job. 8.** qu  
 ipse ei geometricas demonstraco  
 nes digito pertraxit in terra. Et ido  
 confusionem oculorum euasit di  
 cente sibi ipse. Nec ego te depre  
 uate a noli amplius peccare. Sic  
 respondit dauid ad nathan. **2. R.**  
**12.** cum argueret de adulterio et  
 homicidio. Peccauit inquit. Cui sta  
 tim nathan. **Transtulit dominus pecca  
 tum tuum.** Secundo arguit mundum  
 per rethoricas persuasiones **Apoca. 3.**  
**Suadeo tibi emine a me auerz igni  
 tum pbatum ut locuples fias et  
 vestimentis albis induaris.** Est ei  
 persuasio mundi. Colligas lucreras  
 a vnteciq; p quitas a cum diues  
 factus fueris tunc per elemosinas  
 a opera pietatis deo satisfacies p  
 peccatis. Vnde mundus primo per  
 suadet querere que sunt mundi a  
 postea consulit que sunt dei. **Cris  
 tus docet ordinem oppositum Ma  
 th. 6.** **Reuertite primo regnum dei a iu  
 sticiam eius.** Vnde sicut **Rethori  
 cus** p exempla suadet. Ita mundus  
**Ronne** **Abraham diues fuit.** **Da  
 uid rex magnificus.** **Gregorius e  
 lemosinarius.** Et sic de alijs multis  
 sanctis qui cum sanctitate diuici  
 as habuerunt. Sed iste rationes  
 non debent christianos mouere. quia licet  
 cum diuicijs christo bene seruire sit  
 possibile: est tamen securius via  
 paupertatis eligere a maioris perfec  
 tionis. Et ideo mundo respondeamus  
 illud **Act. 26.** **In modico persuades  
 me christianum fieri.** Et queramus  
 ab eo quam securitatem nobis faci  
 et quod vnamus donec diuites effi  
 ciamur. a quod tunc bonam habebi

mus voluntatem ad elemosinas  
 faciendum. De hac responsione i  
 ps. Respondit ei in via virtutis  
 sue paupertatem dierum meorum  
 nuncia michi. Romanus quidam  
 nomine priscus quesitit frequen  
 ter a **Marciali** coco: qualis ipse fo  
 ret si fieret diues a potens. Et res  
 pondit sic. Dic michi: si tu fias leo  
 qualis eis. Vnde historiam istam  
 describit sic **Valerius** libro **Epig  
 matum. 13.** **Sepe rogare soles qua  
 lis sum prisce futurus. Si fiam lo  
 cuples: si inq; repente potens. Quomodo  
 posse putas mores narrae futu  
 ros. Dic michi si fias tu leo qual  
 eis.** Tercio arguit dyaboli  
 per sophisticas obligaciones. Ob  
 ligat enim hominem ad sustine  
 dum falsum. Vnde ante primum  
 peccatum facit falsi positione; mu  
 lieri **Genes. 3.** Nequaquam moriemini  
 sed eritis sicut dii. Et consequen  
 ter concludit omnibus qui suas  
 obligaciones admittunt. **In ps.**  
**Dedimantes autem in obligatio  
 nes adducet dominus cum opera  
 tibus iniquitate.** Et ideo dicamus  
 illud **Danielis** **tercio.** Non oportet  
 nos de hac re respondere tibi. Quarto  
 caro arguit temptatiue  
 per insolubilia deductiones: quia  
 ipsius argumentacionis vix solu  
 tionem recipiunt. In quibus co  
 tidiana pugna a rara uictoria **Ja  
 cobi. 1.** Vnde quisque temptat a cupia  
 sua abstractus a illectus. Isti dispu  
 tationi respondeamus iuxta tres famosas  
 a antiquas opinionones soluendi  
 insolubilia. fuerunt enim antiqui  
 tus **castantes**: restringentes et  
 respondentes per **transactum.**  
**R. 3.**



**C**assantes dicebantur quod ipsum a-  
ctum negabant de quo puenit in-  
solubide. Nos ergo secundum omnes  
vias istas carni respondeamus et  
primo enim in principio cassem?  
actum anime a quo prouenit tep-  
tatio destruiamus uiz sedam yma-  
ginationem de uenera voluptate.  
**H**oc est enim quod caput serpentis  
totaliter conquassandum est. **I**n  
ps. Conquassabit capita in terra  
multorum. Et tunc talis cogitatio  
est materia virtutis et non culpa  
hec pro tali offenditur deus ysaie  
quadragesimo secundo. Calamuz  
quassatum non conteret. **S**ecun-  
do etiam respondeamus per restri-  
ctionem ne carnis curam in defice-  
ntijs faciamus ut sensualitas restri-  
gatur legibus rationis. **E**xod. vice-  
simooctauo. Stringatur rationa-  
le cum anulis sulphurealis. **T**er-  
cio respondeamus per transactum  
cogitando quod cito caro decedet et nisi  
bit in terram. **M**acha. primo. De-  
cidit in lectum et cognouit quod mo-  
reteretur. De ista responsione. **S**ecun-  
da **C**orinthio. prima. Ipsi in nobis  
ipsis responsum mortis habuimus  
ut non simus fidentes in nobis sed  
in deo. Et qui sic didicerint iusta in  
presenti inuenient quid responde-  
ant in futuro.

**L**eo Octuagesima prima .i.

**C**oncupiscite ergo sermo-  
nes meos et diligite illos  
et habebitis disciplinam  
**C**lara est et que nunquam marcescit  
sapientia et facile videtur ab hijs  
qui diligunt eam et inuenitur ab  
hijs qui querunt eam. **D**edarata  
adulsiione principaliter videlicet quod re-

ges et presides tenentur studere sa-  
pientie. **H**ic ostendit per quem mo-  
dum hoc sit eis possibile. posset e-  
nim aliquis se forsitan excusare quod  
non posset istam sapientiam atti-  
gere. cum sapientia uideatur esse  
possessio diuina non humana sic  
dicitur primo methaphisicis. Sed  
hoc excludit spiritus sanctus in hac  
parte ostendens quod sapientia ista  
que est cognitio dei per fidem et a-  
morem non solum est unicuique pos-  
sibilis imo multum facilis. que quod  
dem facilitas patet ex tribus. **P**ri-  
mo ipsa habetur si diligatur. apparet  
si appetatur. et tercio occurrit si in-  
quiratur. **E**t secundum hoc ista littera di-  
uiditur in tres partes. **P**ri-  
mo ostendit quod ista sapientia que est  
cultus dei per cognitionem et amo-  
rem habetur si diligatur. secundo  
quod apparet si appetatur. Et tercio oc-  
currit si inquiratur. **S**ecunda ps  
ibi. **P**reoccupat autem si quis se co-  
cupiscat. **E**t tercia ibi. **R**uemus dig-  
nos seipsa. **D**icuntur ergo duo de  
sapientia in ista lectione. **P**rimum  
quod ipsa habet eternitatem in perma-  
nendo. aliud quod habet facilitatem  
in occurrendo. **C**oncupiscite ergo  
sermones meos. **C**oncupiscentia  
nutrimenti est signum sanitate  
et bone dispositionis in corpore. Et  
per oppositum ab hominacō cibi  
et potus est signum manifestum  
grauis infirmitatis. **M**oraliter ser-  
mo dei est abusus anime cristiane  
**M**ath. quarto. Non in solo pane  
uiuit homo: sed in omni uerbo quod  
procedit de ore dei dixit cristus ad  
dyabolum. **V**n̄ Ambro. in quodam ser-  
mone de quadragesima. **Q**uisque uero dei



pascatur terrenus; pabulum non  
 requirit. nec enim potest panem seculi  
 capere qui panem reficitur salua-  
 toris negligit panem corporis qui  
 pabulo lectionis incendit; nec ver-  
 tris curā habere poterit qui alimen-  
 ta verbi celestis acquirit. Ipsa est  
 enim refectio quae saginat animam. quae  
 impinguat viscera cum de diuinis  
 scripturis cibum eloquii plenius  
 accipimus. Quando ergo sic est quod per-  
 sona quaeque desiderat legere et au-  
 dire sermones dei et cum delectatione  
 sibi incorporat: signum est sancti-  
 tatis scientiae vel saltem bone dis-  
 positionis ad sanctitatem. **Iere. 14.**  
**Inuenti sunt sermones tui et comed-**  
**it eos et factum est michi verbum**  
**tuum in gaudium et in leticiam cor-**  
**dis mei. Et per oppositum illi quod nul-**  
**lum saporem in diuinis scripturis**  
**experitur nec aliqua dulcedine;**  
**setunt: signum est quod stomachus**  
**eorum repletus est amaribus humori-**  
**bus et grauitate infirmatur. In ps.**  
**Omnem escam abominata est ani-**  
**ma eorum. Concupiscite dixit christus**  
**sermones meos et diligite eos. Dil-**  
**gere illos est seruare. Iohis. 14. Si**  
**quis diligit me sermones meos ser-**  
**uabit. quia secundum beatum Gregorium**  
**probatio discipulis est exhibitio**  
**operis. Non enim sufficit sermones**  
**christi in memoria portare nisi ser-**  
**uentur in vita. Unde Aug. super**  
**illud ps. In quo corrigat adolesce-**  
**ntior viam suam in custodiendo sermo-**  
**nes tuos. Custoditio sermonum dei**  
**intelligenda est operatio preceptorum.**  
**Unde fructus enim custodiuntur in me-**  
**moria si non custodiuntur in vita.**  
**Itaque verba dei tenenda agunt ne ob-**

liuiscantur: non tamen agunt viuere  
 ut corrigantur. **Et habebitis**  
**disciplinam. Quia secundum Gregorium.**  
**Observantia mandatorum aperit in-**  
**telligentiam mandatorum. Unde qui**  
**diligunt sermones christi habebunt**  
**disciplinam. Quid autem sit disci-**  
**plina docet Hugo de disciplina no-**  
**uiciorum dicens. Disciplina est con-**  
**uersatio bona et honesta cui pars**  
**est mali non facere: sed studet etiam**  
**in hijs quae bene agit per cuncta irre-**  
**prehensibilis apparere. Disciplina**  
**est enim omnium membrorum motus or-**  
**dinatus et dispositio decens in om-**  
**ni habitu et actione. Hec Hugo.**  
**De eadem Bernardus in quadam**  
**epistola. O quod oppositum reddit om-**  
**nem corporis statum: nec non et me-**  
**ris habitum. Disciplina ceruicem**  
**submittit: ponit supercilia: componit**  
**vultum: ligat oculos: cachynos**  
**cohibet: in ore datur linguam: frenat**  
**gulam: cedit iram: huius discipli-**  
**ne scola est studium sacre theologi-**  
**e ubi potius de uocibus quam questi-**  
**onibus intendendum est. Unde Hu-**  
**go in preallegato libro Vos inquit**  
**fratres qui sculam discipline iam**  
**intraistis: in lectione diuina plus**  
**debetis querere quod mores vestros ad**  
**virtutem instruat quam quod sensum**  
**acuat ad subtilitates: magis quam vel-**  
**le informari preceptis scripturarum**  
**quam questionibus impediri. Cum er-**  
**go diuinas scripturas legitis sol-**  
**lertet perpendite quid ibi deum sit**  
**ad excitandum in vobis amorem**  
**dei. quid ad contemptum seculi. quod**  
**ad cauendum insidias inimici.**  
**quid ad bonos affectus nutrien-**  
**dos. et quid ad praua desideria**  
**R. g.**



extinguenda valeat a quid cor ei  
 cius per compunctionis ardore ac  
 cendat quid disciplinam in ope  
 quid humilitatem in cogitatione.  
 quid obedientiam in preceptis. quid  
 patientiam in aduersis hinc doce  
 at **Quid** demque agenda bona se  
 dibulum a ad mala cauenda doceat  
 esse circumspiciendum: **hinc Hugo Et**  
**idē Seneca** epistola. vice sima. Do  
 cet quod causa quare scolares non sunt  
 moderati. partim est ex parte docto  
 ris partim ex parte discipulorum  
**Aliquid** inquit precipientium vicio  
 peccator qui vos docent subtiliter  
 disputare non viuere aliquid dif  
 ficentium qui propositum ad precep  
 tores afferunt non animi extolen  
 di. hinc ingenium vult dicere quod hinc so  
 la est intentio scolarium commune  
 ingenium colere per scientiam Non  
 autem animi per virtutes. **Sed** ta  
 lem ordinem non tenuit psalmi  
 sta qui dicit Bonitatem a discipli  
 nam a scientiam doce me. **Clara** e  
 a que nunquam marcescit sapientia  
 q. d. merito est diligenda scriptu  
 ra sacra: quia clara est non turbata.  
**In ps.** Calix meus inebrians quod  
 preclarus est. **Iste** enim calix est  
 ita dulcis quod quanto magis magisque  
 homo gustat tanto magis delecta  
 do fit **Ecclesiastici. vice simo** quod  
**Qui** edunt me adhuc esurient a  
 qui bibunt me adhuc sitient. Et ideo  
 non curiose circa iura mundi a non  
 curant de dulci claritate scripture  
 diuine dicitur **Ie. secundo.** Quid  
 tibi vis in vasis egypti ut bibas a  
 quaz turbidam. **Egyptus** tenebra  
 interpretatur a significat mundum  
 Vie mundi sunt sollicitudines secu

li vel scole legum secularium **In** istis  
 vasis bibitur aqua turbida: quia  
 scientia turbativa per quam mali  
 ad turbandum bonos reduntur  
 audaces **Sed** oppositum de lege dei  
 dicit psalmista. parum multa dilige  
 tibis legem tuam **Clara** est inquit  
 a que nunquam marcescit sapientia.  
**Idē** solebant antiquitus sapie  
 tes coronari lauro. **In** signum quod  
 sicut laurus seruat vindictam per  
 petuam **Ita** sapientia nunquam arefcit  
**Et** ideo probat **Artis** primo post tel  
 orum. quod omnis scientia est de pre  
 tuis. **Et** quous sit ita nobilis est tui  
 inuentu factis. **Vnde** subdit. facile  
 videtur ab hijs qui diligunt eam  
**Sapientie. septimo.** Optatum a ba  
 tus est michi sensus a inuocavi a  
 a venit ad me. s. sapientia. **Ecce** quod  
 facilius **Iac. primo.** Si quis vestrum  
 indiget sapientiam. **Postulat** a  
 deo qui dat omnibus affluentem a  
 non impropat a dabitur ei. **Vnde**  
 pietas boni mores a oratio deuota sunt  
 vie ad istam sapientiam accedendum  
**Aug. li. de moribus a nau.** **In** sacris  
 dimittis inspiratis neque oēs a quibus  
 queret docere preterit neque oēs quod  
 querunt discere digni sunt **Sed** ad  
 hoc quod veritatis scientia docatur a  
 videatur diligenti pietas adhiben  
 da est. **altero** fiet ut scientes iuveni  
 amur ut memur **Hec** ibi non tui vi  
 det nisi ab hijs quod diligunt eam **Amā**  
 ti ei cilia sunt facilia. **Idē** quod mens sine  
 delectatione est creca **Iap. 2.** **Ecce** cauit  
 ei eos malicia sua **Et** **Sopho. 1.** **Am**  
 bulat ut cecus quod domino peccauerit. **Et**  
 uenit ab hijs quod querunt eam non ab ocio  
 sis quod eam non querunt **Querenda** est ei cito  
 loco cito tpe. a cito modo si deat iuui



Certo loco quia in penitētia **Job**  
**38.** Non inuenitur in terra suauit  
 uuentium. sed in terra aspre vi  
 uentium. Et ideo inuenta ē in dān.  
 a socijs eius qui contempnētēs  
 alios regios leguminib⁹ rescebā  
 tur. Et ideo de eis dicitur **Dān. pri**  
**mo.** Pueris autem hīs deus de  
 dit scientiam a disciplina; in om  
 ni libro a sapientia. Certo tempo  
 re quia dicitur **Luc. ij.** Petite a ac  
 cipietis: querite a inuenietis: pl  
 fate a aperietur uobis. Certo mo  
 do: quia humiliter **Proverb. ij.** v  
 bi est humilitas ibi a sapientia  
**Sapie. primo.** In simplicitate cor  
 dis querite illum **Bernard. s. mōe**  
 te. Si nolim⁹ querere frustra deū  
 q̄ramus eū scilicet veraciter: fre  
 quenter a pseuerāter: vt nec q̄ra  
 mus pro illo aliud: nec cum illo a  
 liud: nec ab illo ad aliud uerta  
 mur. Facilius est enim celum a t̄  
 ram transire q̄ vt sic querens nō  
 inueniat: sic petens non accipiat  
 a sic pulsanti nō aperiat. Sed  
 in hoc est mirabile q̄ deus queri  
 nō potest nisi prius inueniatur q̄  
 null⁹ eū querit n̄ aliq̄mō inuenit.  
 vñ **Beñ. de diligēdo dō.** Nō te dñe  
 q̄rere ualet nisi qui pri⁹ inuenit  
 Vis q̄ inueniri vt q̄aris: vis q̄ri  
 vt inueniaris. **Hec Bern.** In ps.  
 Letetur cor querentium dñm: que  
 rentium faciem eius semp. **Qd** ex  
 pōnēs beatus **Augustinus** dicit  
 sic. Si semper q̄ritur: Quādo inueni  
 tur. Forte quādo facie ad facie e  
 um uiderimus sicuti est **Abhuc** q̄  
 rendus erit a sine fine querend⁹  
 quia sine fine amādu. **Causa** ē  
 diuine bonitatis immensitas q̄ vi

deri potest: optendi non potest.  
 a ideo se per potest haberi. a tamē  
 se per q̄ri. **Vnde Aug⁹ super Job.**  
 dicit. Queramus inueniēdum: q̄  
 ram⁹ inueniēdum: vt inueniēd⁹ q̄ra  
 tur occultus est: vt inuentus que  
 ratur: inueniēdus est. Et licet inueniri  
 possit: nō tamē perfecte in hac vi  
 ta **Cum** enim sit vita nō p̄fecte po  
 test reperiri i regione vmbre mor  
 tis. **Vnde Aug⁹.** contra q̄rentes  
 beatitudinem in hac vita dicit sic  
 quarto cōfessio. c. 12. Redite puari  
 catores ad cor a iherete illi q̄ fecit  
 vos. **State** aī eo a stabiles. **re q̄scit**  
 te cum eo a q̄eti eritis. **Quo** itis in  
 aspera: quo itis. **Bonū** qd̄ amatis  
 ab illo est. **Sed** q̄ntum ad illum  
 bonū nō est a suauē s̄ amari erit  
 iuste. quia iniuste amatur deo  
 illo quicq̄ ab illo est **Quo** uultis  
 adhuc ambulaē: vias difficiles  
 a laboriosas. imo nō ē req̄es: v̄ q̄  
 ritis eum q̄rite qd̄ q̄ritis. sed ibi  
 non est vbi q̄ritis. **btāz** vitaz q̄ri  
 tis in regione mortis: non est illuc  
**Quo** ei vita btāz nec vita. **L. 82**

**D** **Reoccupat** q̄ se concupif  
 cū vt illis se prior osten  
 dat q̄ de luce uigilauerit  
 ad illaz non laborabit. assidentē  
 em̄ illam foribus suis. **remet.**  
**Postq̄** spūs sand⁹ facilitatē a  
 q̄rendi sapiam̄ declarauit ex duob⁹.  
 viz: tum q̄ habetur si diligat:  
 tū q̄ apparet si appetatur. **Hic** of  
 tendit illud idem ex tercio. viz q̄a  
 occurrit si q̄ratur. **Et** circa hoc  
 s̄t duo. p̄mo q̄ p̄uenit se amātes  
**Sed** q̄ associat uigilātes. **Quāz**  
 ad p̄mū s̄t sic. **Preoccupat** aūt q̄  
 se concupiscunt: deus ip̄e qui est  
 R. 4.



sapientia increata preoccupat per  
 gratiam preuenientem eos qui ef-  
 fectualiter diligunt illum. Et inue-  
 niri potest si preueniri non potest  
 Sed contra videtur qd nos deum  
 preoccupare a preuenire debemus  
 Quia in ps. Preoccupemus faciem  
eius in confessione. Rño qd ibi lo-  
 quitur ps. de iudice futuro a vetu-  
 ro ad iudicium cuius faciem pre-  
 occupare debemus per confessiones  
 laudis sue a fraudis nostre. Dic  
 autem loquitur spiritus sanctus de  
 actu meritorio In quo ipse nos p-  
 uenit gratia preueniente sine qua  
 nullum opus meritorium exerce-  
 re valeamus. Preoccupat ergo qd  
se concupiscunt vt illis se prior o-  
stendat Berñ. O dulcis hiesu pri-  
 mus es in accessu. a vltimus in re-  
 cessu Joh. 2. In hoc est caritas dei  
 non quia nos dilexerimus deum si  
 qm ipse prior dilexit nos. a sic pre-  
 uenit se amantes. Secundo asso-  
ciat vigilantes. Et quantum ad hoc  
 subdit qui de luce vigilauerit ad  
 illam. Sicut dormire est sensus  
habere ligatos ita vigilare est sen-  
sus habere solutos a actualiter o-  
perantes. Illi ergo qui intellectu  
 a affectu bene vtuntur fm princi-  
 pia iuris naturalis. vel fm princi-  
 pia fidei tales dicuntur vigilantes  
 Sed de luce vigilat. qui mane sta-  
 tim a iuuentute in bonis operibus  
 se exercent. Eccl. 39. Iustus cor su-  
um tradat ad vigilandum diluculo  
ad dñm qui fecit illum Et talis  
 qui sic vigilauerit ad sapientiam  
 a deum qui est sapientia increata  
 non laborabit frustra. vel diu vel  
 non laborabit. modicum labora-

bit in operatione illius boni qd ac-  
 quirat Eccl. 11. Modicum laboraui  
inueni michi multam requiem Et  
 quare non inuanu laborabit. Cer-  
te: quia statim ipsum deum inue-  
 et assidentem foribus suis. Fores  
 per quas anima habet accessus ad  
 deum a ad sapientiam veritatis  
 sunt principia prima taz practica  
 qd speculatiua. Practica sicut hoc  
 facias alij qd tibi vis fieri a qd ti-  
 bi n vis fieri alteri ne feceris. Specu-  
latia sic alteri vt dicitur de de q  
 libet a de nullo eorundem ambo si-  
 mul sicut patet qto metha. De  
hec ergo principia tanq per qual-  
dam portas. siue quasdam fores  
 anima humana habet ingressus  
 ad deum cognoscendum a ad sci-  
 entiam veritatis inueniendum Et  
 ideo dicit Aristoteles. secundo me-  
 thaphisice. qd theologica a cosida-  
 cio de veritate partim est facilis a  
 partim difficilis. Quia quantum ad  
 prima principia circa que no co-  
 tingit errare est facilis. Circa con-  
 clusiones vero ab eis deductas cir-  
 ca quas vario modo contingit er-  
 rare est valde difficilis: qz pma pri-  
 cipia sunt sicut fores domorum te-  
 quibus prouerbialiter dicitur. In  
foribus quis delinquet: qz introi-  
 tus in domum defacili cognoscitur  
 a nichil qd ibi ponitur latet. Sed  
interiora domus latere pnt etiam  
presentem scrutatorem puerbio-  
o ctuo. Sapientia in ipsis foribus  
 loquitur dicens. O viri ad vos da-  
mito Et vos mea ad filios hominum  
Intelligite paruuli astutiam a in-  
sipientes anima duertite. Sic g  
 qd de luce vi ad sapiaz no laborabit



affidentem enim illam foribus fu-  
 is inueniet hoc est sapientiam crea-  
 tam vel increatam inueniet affide-  
 tem foribus suis. manifeste paten-  
 tem in intellectu principiorum: quia  
 cognitio existendi deum omnibus  
 hominibus naturaliter est inserta.  
 Sicut dicit Damascenus. libro pri-  
 mo. capitulo. tercio. Et Boetius  
 de consolatione. libro. tercio. psal-  
 secunda. Et autem mentibus ho-  
 minum veri bonique inserta cupidi-  
 tas. Ad idem. Tullius libro pri-  
 mo de natura deorum. Infitas vel  
 potius innatas cognitiones habe-  
 mus. Que enim gens aut genus  
 hominum quod non habeat sine do-  
 ctina anticipationem quandam  
 deorum quam Pythagoras vocat prolemp-  
 sim. et antceptam animo rei quanda  
 informatione sine qua nec intelli-  
 gitur queque nec queri nec disputari  
 potest. Item h. z. Quid potest esse  
 tam apertum. tamque perspicuum.  
 cum celum suspicimus celestia que  
 contemplati sumus que esse ali-  
 quod numen prestantissime mentis que  
 hec regantur. Sed contra ista; vi-  
 detur esse illud quod scribitur puer-  
 bio. octauo. Beatus homo qui  
 audit me et qui vigilat ad fores me-  
 as cotidie. Ergo sapientia non sta-  
 tim inuenitur affidens in foribus  
 dicendum est quod inuenitur statim  
 quantum ad intellectum principio-  
 rum. et quantum ad noticiam dei ge-  
 neralem. Sed non inuenitur statim  
 perfecte quod qui aliquid nouit plus  
 nosse cupit. Fores vero sapientie.  
 in prouerbis dicuntur doctores per  
 quos habemus ingressum ad sapie-  
 tiam. Et ad illas fores oportet vigi-

lare cotidie. Ecclesiastici. sexto. Si  
 videris sensatum euigila ad illius  
 et gradus ostiorum illius extat  
 pes tuus. Et notandum circa ma-  
 teriam lectionis huius que triplex  
 causa exprimitur in scriptura que  
 vigilare et vigilanter nos habere de-  
 bemus in omnibus. videlicet hosti-  
 litas crudelis de bellationis. utilitas  
 fidelis amministrationis et debili-  
 tas terrestris in habitationis. Quia  
 tum ad primum homines existen-  
 tes in bello mortali non possunt so-  
 no vacare. Nos autem sumus inco-  
 tinuis bellis. In psalmo. Conculca-  
 uerunt me inimici mei tota die ac.  
 Ergo necesse habemus vigilare.  
 Grues. sicut dicunt naturales in-  
 ter se vigilias diuidunt. Et illa que  
 vigilare debet lapidem tenet in pe-  
 dibus ut si illa dormierit lapis ca-  
 dens alias exciret et seipsam. Si er-  
 go avis insensata que vigilare te-  
 netur. sic sibi prouidet contra so-  
 num. Multo magis contra somnum  
 peccati cautelam continuam adhi-  
 bere debemus. prima. Petri. secu-  
 do. Fratres sobrii estote et vigila-  
 te. Et tene aduergens premit-  
 tit sobrietatem vigilie. Nam ebr-  
 etatem sequitur necessario multus  
 sompnus. Est autem de dyabolo  
 isto aduersario sicut de quodam  
 duce Cartaginei. Refert Sextus  
 Julius Frontinus. Strategie. libro  
 secundo capitulo quinto quod est de  
 insidijs. Dux iste bellum habuit  
 contra quosdam de affrica que Car-  
 taginei et bellabant. Fuit autem isti de  
 Affrica auidi nimis ad bibendum vi-  
 num que intelligens dux vsus est  
 contra eos tali cautela. Accepit multa

Collo

B

Vigilare deus qd ta

161



olea vini et miscuit cum vino sic  
 cum cuiusdam herbe que vocatur ma-  
 drago. que quidem herba est mira-  
 biliter sompnifera. sicut docet A-  
 ristotiles primo de sompno et vi-  
 gilia. Facit enim homines ita pro-  
 funde dormire quod fiunt insensibiles  
 et ideo solet dari hominibus que sunt  
 propter aliquam infirmitatem aut  
 dam secandi ut possint sine dolore  
 secari. **P**olea ergo vini sic infecta dimi-  
 sit iste dux in tentorijs suis et fugit  
 ad cautelam tentoria derelinquen-  
 tes: affrici gaudentes tentoria iua-  
 dunt et inuenientes victualia cum  
 vino in habundantia comedunt  
 et biberunt de isto vino infecto et  
 statim omnes sic oppressi sunt som-  
 no quod nullo modo se iuuare pot-  
 erit. **H**oc explorans dux iste prohibet  
 de nocte edere super eos et miseris si-  
 cut voluit cruciandauit. **I**ta cautela  
 moraliter loquitur vitium dyaboli  
 contra homines. **V**inum quod letifi-  
 cat designat leticiam et lasciuia se-  
 cularem. **I**stam leticiam siue iocun-  
 ditatem mundi dyabolus sic con-  
 miscuit succo mandragore et delec-  
 tatione luxurie quod omnes de eo bi-  
 bentes fiunt quasi insensibiles. **M**a-  
 dragora enim est herba habens  
 masculinum et femellam et omnia  
 lineamenta corporis humani in se  
 prefert et ad generationis fecun-  
 ditatem confert. **G**enes. 30. dicit ra-  
 chel sorori sue ipe de iacob viro  
 suo. **D**ormiat tecum hac nocte pro  
 mandagora filij tui. **E**t ideo mande-  
 gora voluptate carnis significat  
**Q**uia ergo tota mundana iocundi-  
 tas inter homines hijs diebus pro-  
 curate dyabolo qui nos sepe ca-

telose querit debellare de succo vo-  
 luptatis: est infecta. **I**deo homines  
 viciosi dormiunt in peccatis et ad  
 correptionem prelatorum: predi-  
 cationes doctorum reperuntur insen-  
 sibiles: ut dicat quilibet illorum  
 illud **P**rouerb. 23. **V**erterauerunt  
 me et non dolui: traxerunt me et non  
 sensi. quando euigilabo et rursum  
 vna reperiam. **N**on sic vos karis-  
 simi: sed sicut dicitur. **2. Corinth.**  
**6.** **I**n omnibus exhibeamus nos-  
 metipsos sicut dei ministros. **E**t in-  
 fra. **I**n vigilijs et ieiunijs: in casti-  
 tate: in scientia. **N**ota tria scientia  
 precedentia: vigilijs: ieiunia et casti-  
 tatem. **S**ecunda causa quare  
 nos in hac vita vigilare debemus  
 est veritas fidelis animi tractationis  
**S**umus enim sicut serui vigilan-  
 tes de nocte et expectantes adue-  
 tum de nuptijs redeuntis. **N**uptie  
 sunt in celo ineffabilis gaudij de-  
 sacrosacta victoria unione deita-  
 tis infinite ad naturam humanam  
 de hijs nuptijs dominus noster vetu-  
 rus est in die iudicij descensus  
 ad mundum totum iudicandum fi-  
 naliter. **E**t ideo **Matth. tricesimo**  
**quarto.** **V**igilate quia nescitis que  
 hora dominus vester venturus sit  
**E**t **Luce duodecimo.** **S**int lumbi  
 vestri precincti et lucerne arden-  
 tes. **E**t vos similes hominibus expectan-  
 tibus dominum suum quando reuer-  
 tat a nuptijs ut cum venerit et pul-  
 sauerit confestim aperiant ei. **B**e-  
 ati serui illi quos cum venerit do-  
 minus inuenerit vigilantes. **E**t  
 licet omnes vigilare debeamus.  
 maxime tamen prelati quorum anime  
 subditorum anime sunt commissae



In cuius signum cum xpus disci-  
pulos suos dormientes inuenisset  
specialius creis increpauit Petz  
dicens. Symon dormis: non potui-  
stis una hora vigilare mecum? Ter-  
tia causa quare in pnti mortaliter  
vigilare debemus est debilitas ter-  
restris habitacoms homo qui ia-  
ceret i domo riuosa ex omni pre-  
debita simul cu hoc sciret q aliqs  
exterius suffo det continue muros  
ad eu occidendum non daret se so-  
no si esset prudens s solertis vigilie  
Dormis anime e corp? luteum vel  
terreum Job. 3. **H**abitant domus  
lutas a terreni habent fundam-  
tuma consumuntur velut a tineas. Fos-  
for est mors qui indefesse nititur  
pferre domum nostram ut furef  
animam cu peccatis si possit l cu  
pemis debitis p peccato **E**t ideo bn-  
dicitur **Matth.** trigesimo quarto.  
**S**i sciret pater familias qua hora  
fur veniret vigilaret utiq; a non  
sineret perfodi domu suam **S**ed ti-  
mendum est q est de nobis sicut  
de pueris recenter natis **P**icit em  
**A**ristoteles. primo de somno a vi-  
gilia capitulo quinto q pueri qn  
pariuntur dormunt. a habent o-  
culos clausos propter consuetudinez  
dormiendi in matrice. **S**icut est de  
multis tandiu moleuit in eis co-  
suetudo indulgendi negligetie pi-  
gricia a accidie q vigilae non pnt  
**S**ed cauendum est a tribus mal-  
passionibus que accidunt in so-  
no sicut docet **A**ristoteles. libro p-  
allegato **E**ppleii. **E**phyaltes a le-  
targia. **E**ppleucia est cerebri pas-  
sio faciens hominez cadere subito  
a inopinato. **E**phyaltes est passio

in somno faciens homini appare  
q aliquis eum opprimit a nititur  
suffocare unde illis qui habet hac  
passionem videtur comuniter q  
vna vetula incumbit super eos a  
eos nititur suffo care. **L**etargia est  
infirmitas compellens hominem  
dormire a dormiendo mori. **M**orali-  
ter iste tres passioes tua vicia ge-  
neralia significant quibus inuol-  
untur totus mundus **S**uperbi na-  
qa ambitiosi qui ad gradus a ho-  
nores nituntur ascendere **E**ppleucia  
ei sunt qui a superbia casum habz  
**E**t **C**laudianus in maiori yma tol-  
bantur in altu; vt casu grauiore ru-  
ant **L**ubrici siue luxuriosi paciun-  
tur **E**phyaltes: quia vetula illa e  
caro corrupta per peccatum eis su-  
peremuncta dominata a deprimat e-  
os ne resurgant **A**uare vero sunt q  
letargia a obliuiosi qui qnto plu-  
ra a deo percipiunt. tanto magis  
obliuiscuntur tam sui q dei. **V**nde  
**G**losa super illud psalmi deus de-  
us meus ad te de luce vigilo. **S**icut  
ut in te anima mea q multiplici-  
ter tibi caro mea q. **A**d deum vigi-  
lat qui vere dei memor est. **A**d deum  
dormit qui deum obliuiscitur. **N**o  
sueos carissimi **S**icut dicit **T**ert.  
quinto. **N**on dormiamus sicut ce-  
teri: s vigilem? a sobrii sum? ac

¶ **L** co Oduagesimatercia.

**O**cgitare ergo de illa sehis  
est consumatus a qui vi-  
gilauerit propter illam di-  
to leturus erit: quoniam dignos  
seipsa circuit querens a in vns  
suis ostendet se illis hilariter.



a in omni prudentia occurreret illis  
**D**ue sunt conclusiones quas spi-  
 ritus sc̄us intendit p̄ncipaliter in  
 hac pte capituli vsq; ad finem de  
 sapientia declarare. Vna est q̄ i ei⁹  
 acq̄sitione est facilitas. **A**lia ē q̄  
 in eius p̄ssione est felicitas. a de  
 istis duob⁹ agit alternatim: nūc  
 declarando felicitatem sapiam ac-  
 q̄rendi: nūc omendando felicitatē  
 sapiam possidēdi. **C**onsequitur autē  
 possessionē sapie duplex felicitas  
 viz temporalis a eterna. a de vtrē  
 q̄ sic h̄ descriptio. a nūc de vna nē  
 de alia vicissim. **D**ividitur ergo  
 textus plectus in duas ptes. **N**ā  
 primo ostendit felicitatem q̄ est  
 in sapientie possessione. **S**e cūdo fel-  
 citatem q̄ est in eius acq̄sitione. **S**e  
 cūda ps̄sibi. **Q**uā dignos. **Q**uantū  
 ad primā ptem dicit q̄ duplicem  
 p̄fectionem offert homini sapientia  
 q̄ consistit in vero cultu dei. **N**ā exclu-  
 dit ab homine q̄ntum ad racōna-  
 lem: errorem falsitatis. **Q**uātūz ad  
 irascibīlē timorē adūsitatis. q̄ntūz  
 ad primū dicit sic. **C**ogitatē de illa  
 a de sapientia increata q̄ est cūl⁹ ve-  
 ri: est sensus cōsumatus. **S**ensū h̄  
 raciter informatus sine deceptioe  
**S**ensus enī multipliciter decipiū-  
 tur. **A**liq̄n p̄pter indispōsitionez or-  
 gami. **S**icut lingua febricitatis iū-  
 dicat dulce amarū. **A**liquando p̄-  
 ter indispōsitionem medij. **S**icut o-  
 culus iudicat baculū esse fractū  
 cuius vna medietas est in aere a  
 alia in aqua. **A**liquādo p̄pter elon-  
 gationez obiecti. **S**icut oculus iū-  
 dicat solem esse pedalis quantita-  
 tis. et sic de alijs. **P**ropter quod  
 sincera veritas non est a sensib⁹

expetenda s̄m Augustinum secū-  
 do soliloquiorum. **E**t ideo iudici-  
 um sensus dicitur imperfectum a  
 inconsummatum: nisi per rationis  
 sententiam reguletur. **I**n solis er-  
 go sapientibus qui sensualitati  
 dominatur per racōnem est sensus  
 consumatus. **V**nde Augustinus  
 primo libro de libero arbitrio ca-  
 pitulo de amodo octavo. **S**apiēs est  
 qui regno mentis omni libidinis  
 subiugatione semota pacatus est  
**E**t Ecclesiastici vice simo p̄mo. **C**ō-  
 sumatio timoris dei sapientia a se-  
 sus. **E**t per oppositum stultorum se-  
 sus semper est inconsummatus: q̄a  
 in sensualitate stant. a s̄m racōez  
 non viuunt. **E**t ideo veantur sup̄-  
 us capitulo quarto **R**ami in con-  
 sumati **F**rangentur inquit **R**ami  
 inconsumati. **S**ic ergo sapientia  
 excludit ab homine quantum ab  
 racōnalem: errorem falsitatis. **S**e-  
 cundo excludit timorem penaltita-  
 tis. **E**t quantum ad hoc dicit **Q**ui  
 vigilauerit propter illam cito se-  
 curus erit. **C**ito: quia post mortez  
 que veniet valde cito habebit se-  
 curitatem que est pars p̄ssima  
 beatitudinis. **V**nde dicit **A**ugus-  
 tinus decimotercio de trinitate: lo-  
 quens de futura beatitudine. **O**m-  
 ne quod ibi erit: bonum erit a ip-  
 se summus deus summūz bonum  
 erit atq; ad fruendum eum amā-  
 tibus p̄sto erit a quod est om-  
 nino beatissimū. **I**ta semper fore  
 certum erit. **Q**uilibet ergo bonus  
 cito securus erit. **A**p̄calyp̄s vice  
 simo secūdo. **E**cce venio cito a mer-  
 ces mea mecum est reddere vni-  
 cuiq; s̄m opera sua. **E**t **A**p̄calyp̄s



